

Flos glomerulis triandris, rotundatis, axillaribus: ad apicem ramorum in spicas prolongatis. *Flosculi* aristati. *Folia* nec cordata, nec maculata.
Habitat ubique incultus in horis Cochinchinæ, & Chinæ, esculentus. Burm. Ind. pag. 199. Blitum Terrestre, seu repens. Rumph. Amb. l. 8. c. 42. pag. 232. tab. 82. fig. 2.

Sp. 4. AMARANTHUS OLERACEUS. a Rau gen mæoi.
Differ. spec. Amar. *glomeribus* triandris, pentandrisque: *foliis* ovatis obtusissimis, emarginatis, rugosis. Lin. sp. 10.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 5-pedalis, crassus, sulcatus, teres, erectus, glaber, ramosus. *Folia* ovata, integerrima, rugosa, pallida, alterna, petiolata. *Flos* glomerulis lateralibus, terminalibusque in spicas elongatis. *Masculi stamina* 3, sive 5. *Fœminei stigmata* 3. *Capsula* circumscissa: *Semine* 1, nigricante.
Habitat cultus, nec frequens in Cochinchinâ. Mill. Dict. n. 15. Blitum album maius. Bauh. Pin. pag. 118. n. 1.

Sp. 5. AMARANTHUS CRUENTUS. a Rau gen tiâ.
Differ. spec. Amar. *racemis* pentandris, decompositis, remotis, patulo-nutantibus: *foliis* lanceolato-ovatis. Lin. sp. 21.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 4-pedalis, erectus, ruber, parum ramosus. *Folia* ovato-lanceolata, sub-dentata, glabra, petiolata, partim fusco-viridia, partim cruento-rubra. *Flos* pentandrus, glomerulis axillaribus, spicisque terminalibus, longis, nutantibus.
Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ: mensis parum gratus. Burm. Ind. pag. 200. Mill. Dict. n. 117. Amaranthus Sinensis, foliis variis. Mart. Cent. 6. tab. 6.

Sp. 6. AMARANTHUS SPINOSUS. a Rau gen gai.
Differ. spec. Amar. *racemis* pertandris, cylindricis, erectis: *axillis* spinosis. Lin. sp. 23.
Hab., & notæ. *Caulis* annuus, fesquipedalis, erectus, teres, crassus, glaber, albicans, ramosus: *aculeis* axillaribus, longis, rectis. *Folia* lanceolata, repanda, glabra, obscuro-viridia, costis multis obliquis, albicantibus: *petiolis* longis, sparsis. *Flos* pentandrus, spicis longis, tenuibus, continuis, terminalibus.
Habitat spontaneus loca minus culta Cochinchinæ. Non esculentus. Amaranthus Indicus, spinosus, spicâ herbaceâ. Herm. Lugdb. 31. tab. 33. Blitum spinosum. Rumph. Amb. l. 8. cap. 43. tab. 83. fig. 1.

† GENUS XX. HEXADICA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phylum : foliolis obtusis, brevibus, patentibus.
 Cor. Petala 5, ovata, concava, patentia.
 Stami. Filamenta 5, corollâ breviora. Antheræ ovatæ, bilobæ, stan-
 tes.
 * *Fæminei flores* in diverso ramo ejusdem plantæ.
 Cal. 6-phylus : foliolis obtusis, brevissimis, persistentibus.
 Cor. nulla.
 Pist. Germen sub-rotundum, superum. Stylus nullus. Stigmata 6, con-
 cava, conniventia.
 Peric. Capsula globosa, 6-valvis, 6-locularis, monosperma.
 Sem. oblonga, angulata.

Nom. (*Exclusos senarius*) a senis loculis pericarpii.

Char. Gener. Masc. *Cal. 5-phylus. Cor. 5-petala.*

Fem. *Cal. 6-phylus. Cor. o. Stigmata 6. Caps. 6-locu-
 laris, 1-sperma.*

† Sp. I. HEXADICA COCHINCHINENSIS. & Cay Bùi den.
 Differ. Spec. Hex. foliis ovato-oblongis : floribus fasciculatis.

Hab. Arbor mediocris : ramis patentibus. Folia ovato-oblonga, ob-
 tusa, integerrima, glabra, alterna. Flos albus, parvus, fasciculatus,
 sub-terminalis. Capsula parva, nigricans.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† GENUS XXI. TREMA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phylum : foliolis lanceolatis, patentibus.
 Cor. Nulla.
 Stami. Filamenta 5, calyce longiora. Antheræ sub-rotundæ.
 * *Fæminei flores* in eadem plantâ ad apicem.
 Cal. ut Masc., persistens.
 Cor. Nulla.
 Pist. Germen sub-rotundum, verticaliter compressum. Stylus nullus;
 Sti-

Stigmata 2, brevia, villosa.

Peric. Drupa sub-rotunda, sub-compressa, 1-sperma, supera.

Sem. Nucula minuta, foraminosa.

Nom. (*Tremu* foramen) a nucula foraminibus pertusâ.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-phyllo. *Cor.* o.

Fœm. *Cal.* 5-phyllo. *Cor.* o. *Stigmata* 2. *Drupa* sub-rotunda: nuce foraminosa.

[†] Sp. 1. TREMA CANNABINA. a Cây Rách chiéo.

Differ. spec. Trem. *foliis* lanceolatis, serratis: *pedunculis* polyfloris, axillaribus.

Hab. *Arbor* mediocris: *cortice* cannabino: *ramis* ascendentibus. *Folia* ovato-lanceolata, acumine longo, ferrata, tomentosa, alterna.

Flos pedunculis polyfloris, axillaribus. *Drupa* flava.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS XXII. XANTHIUM.

Char. Gener. Masc. *Cal.* comm. imbricatus. *Cor.* 1-petalæ, 5-fidæ, infundibuliformes. *Recept.* paleaceum.

Fœm. *Cal.* involucrum 2-phyllo, 2-florum. *Cor.* o.

Drupa secca muricata, 2-fida. *Nucleus* 2-locularis.

Lin. sy. pl. G. 1152.

Sp. 1. XANTHIUM STRUMARIUM. a Cây Ké: Ngau bàng.

Differ. spec. Xant. *caule* inermi: *foliis* cordatis, trinervatis. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Planta* annua, 3-pedalis: *caule* sub-erecto, crasso, tortuosæ: *ramis* multis diffusis, inermibus. *Folia* cordata, lobata, 3-nervia, inciso-serrata, tomentosa, magna, pallida, petiolata, sparsa. *Flos* albus, polynatus, terminalis, & axillaris, Masculus, & Fœmineus in eodem ramo. *Fructus* drupa echinata, ovato-oblonga, 2-locularis, 1-sperma.

Habitat agreste in agris, & sepibus Cochinchinæ, & Chinæ, passim obvium.

Hort. Clifft. pag. 443. *Xanthium* soliis semitrilobatis, aculeis uncinatis Hall. Helvet. n. 1621. *Xanthium*, sive *Lappa*. Matth. in Diosc. l. 4. cap. 133. fig. pag. 834.

Observ. Cum hæc planta in Indiâ per me observata non differat ab Europæâ, fatendum est eam esse speciem *Strumariam* non Orientalem a Cel. Linnæo dictam; & præcipue, quia in eâ clarè videntur folia basi cordata.

Vist.

Virt. Seminum. Attenuans, Resolvens. Valet contra tumores, aut inflammationem capitis, colli, & oculorum, sicut etiam contra scabiem, & variolas.

† GENUS XXIII. VANIERIA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi Flores.*

Cal. Perianthium 4-partitum: Iaciniis ovatis, erectis, carnosis, conniventibus.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta sub-nulla. Anthærae 5, bilobæ, lobis reniformibus, compressis, pellucidis, calyci infra medium inhærentes.

* *Fæminei flores Masculis mixti in eadem Baccâ compositâ.*

Cal. ut Masc.

Cor. nulla.

Pist. Germen superum, compresso-rotundum. Stylus capillaris, tenuifimus, corollæ æqualis. Stigma simplex.

Peric. nullum, præter calycem persistentem, baccatum.

Sem. 1, lenticulare, glabrum, stylo remanente caudatum.

Recept. commune levatum, septum flosculis 10-20, compresso-angulatis, plerumque coalitis, formantibus Baccam compositam, sub-rotundam, carnosam, exterius tuberosam, parvis hiatibus interpositis.

Nom. Ab amoenissimo Plantarum in Prædio Rustico Descriptore Jacobo Vanierio.

Observ. Huic generi affinis videtur Conocarpus. Lin. Gen. pl. ed. novæ. n. 253. Nec fortasse magis differt Kosaria. Forsk. Arab. cent. 6. pag. 164. Scopol. Introd. pag. 125. Gen. 390. Istaque differentia augetur ex eo, quod flores congregati, & viscosi (quamvis non lactiferi) nec facilem separationem permittant, nec accurato examini se exponant.

Char. Gen. Masc. Recept. commune. Cal. 4-partitus, carnosus. Cor. o.

Fœm. Recept., & Cal. ut Masc. Stylus. 1. Sem. 1. nudum.

† Sp. 1. VANIERIA COCHINCHINENSIS. x Cay Vanglò.

Differ. spec. Van. caule aculeato: foliis alternis.

Hab. Frutex, erectus, 3-pedalis, caule multiplici, ramoso, tereti, laevi: aculis multis, longis, rectis. Folia ovato-lanceolata, integrifolia, glabra, alterna. Baccæ compositæ sub-rotunda, diametro

M O N O E C I A . H E X A N D R I A . 565

8-linearis, ruberrima, dulcis, edulis: pedunculo simplici, binato; axillari.

Habitat in dumetis Cochinchinæ: ex eâque duci solent minores sepestes.

* Sp. 2. VANIERIA CHINENSIS. Hung hōang Xiong.

Differ. spec. Van. caule inermi: foliis fasciculatis.

Hab., & notæ. Frutex 15 pollices altus, erectus, ramosus, inermis. Folia lanceolata, integerrima, glabra, fasciculata. Flos capitulo globoſo, pedunculo simplici, longo, solitario, erecto, axillari. Calyx 4-partitus, carnosus, connivens. Stamina 5. Receptaculum commune, oblongum, paleaceum. Fœmineum florem cum Pistillo non inveni; ideoque plantam esse Dioicam existimavi.

Habitat in dumetis provinciæ Cantonensis apud Sinas.

H E X A N D R I A .

† G E N U S XXIV. N E P H R O I A .

Descriptio Naturalis.

* Masc. flores: racemis oblongis.

Cal. Perianthium 5-phylum, patens: foliolis ovatis, acutis, incisis: duobus alternis minoribus: omnibus coloratis.

Cor. Petala 3, subulata, curva, patentia, calyce longiora.

Nectarium foliolis 6, oblongis, incisis.

Stam. Filamenta 6, capillaria, erecta, corollâ breviora, Antheræ biloculares, sub-rotundæ.

* Fœminei flores in diverso ramo ejusdem plantæ: pedunculis sub-trifloris.

Cal. ut Masc.

Cor. ut Masc.

Pist. Germen superum, sub-ovatum, 6-sulcatum. Stylus sub-nullus. Stigmata 6, oblonga.

Peric. Drupæ 6, minutæ, carnosæ, sub-reniformes.

Sem. Nuculæ totidem, reniformes, scabræ, 1-loculares.

Nom. (Nephro)renes ob Drupas reniformes.

Char. Gen. Masc. Cal. 5-phillus. Cor. 3-petala.

-sq. in foem. Cal. 5-phillus. Cor. 3-petala. Stigmata 6. Drupæ 6, reniformes.

* Sp. 1. N E P H R O I A S A R M E N T O S A . Deei Xanli.

Differ. spec. Neph. caule scandente: foliis ovatis, emarginatis: florigibus axillaribus.

Cccc

Hab.

Hab. *Caulis* fruticosus, scandens, acirrhos, teres, pilosus, longus, ramosus. *Folia* ovata, plana, glabra, emarginata. *Flos* albus, axillaris: *Masculus* racemis oblongis: *Fœmineus* pedunculis sub-trifloris, in diversis ramis ejusdem planoe.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS XXV. COCOS PALMA.

Char. Gen. *Masc.* *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 6.

Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stigm.* 3. *Drupa* coriacea. Lin. sy. pl. G. 1338.

Sp. 1. COCOS NUCIFERA. Cay Duâ. & Yai Xámeus. Differ. spec. Coc. inermis, *frondibus* pinnatis: *foliolis* replicatis, ensiformibus. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* simplicissima, prolifera, 60 pedes alta, i círciter diâmetro crassa, erecta, recta, circulis parallelis ex frondibus decidentibus notata. *Frondes* pinnatæ, reflexæ, 12 pedes longæ, rachi exterius rotundatæ, interius, sub-excavatæ: *aculeis* nullis: *foliolis* oppositis, plurimis, 3-pedalibus, subulato-ensiformibus, lævibus, simpliciter plicatis. *Flos* axillaris, *spathæ* magnâ, acutâ, striatâ, monophyllâ: *spadice* spicato, reclinato: *spicis* plurimis linearibus, tectis flosculis: fœmineis uno, vel altero ad basim, cæteris masculis. In utroque *calyx* semper 3-partitus: *corolla* 3-petala. *Stamina* 6. *Stigmata* 3, sessilia. *Drupa* trigono-ovata, 8 pollices longa: *cortice* exteriore crasso, fibroso, non coriaceo: interiore tenuiore, osco: *medullâ* albissimâ, duriusculâ, inani, plerumque aquâ dulci plenâ.

Habitat culta in terris planis, non paludosis, Cochinchinæ: minus frequenter apud Sinas in Insulâ Hai-nan, & in paucis locis ad Austrum sitis. Nullibi in eâ inveni flores hermaphroditos.

Palma Indica major: Calappa. Rumph. Amb. I. I. cap. I. tab. I. 2. Tenga. Rheed. Malab. I. pag. I. tab. I, 2, 3, 4. Palma Indica, Coccifera, angulosa. Burm. Zeyl. pag. 182.

Ufus. Arbor ista est omnium utilissima Indiarum incolis. Truncus dat tigna, & columnas ad pauperum domos extruendas. Frondibus teguntur eadem domus. Foliolis pro chartâ utuntur ad scribendum: eidem texunt cistas, storeas, & parietes. Fructus cortex fibrosus torquetur in rudentes, & funes omnis generis, quibus etiam parentur naves Europææ. Ex putamine osteo tornantur, vel aliter fiunt vascula, & utensilia multa domestica, quorum aliqua pulcherrima. Drupæ intima pars candida dat gratum cibum, & potum aquosum, jucundum, & subrem: præterea ex eâ fit saccharum,

lac, oleum, vinum, acetum: ac plurima condimenta, Europaeis etiam in deliciis habita. In Medicinâ Oleum hujus Palmæ recenter expressum ex fructu non est inferius Oleo Olivarum.

† Sp. 2. COCOS NYPA. & Cay Duâ nûoc.
Differ. spec. Coc. inermis, frondibus pinnatis: *spadicibus* Masculis teretibus: Fœmineis sub-rotundis: *Drupâ* sulcata, alutaria.
Hab., & notæ. *Palma* crassissima, 4-pedalis, saepius brevior, aut sub-acaulis. *Frondes* inermes, 15-pedales, sub-erectæ, inordinate pinnatae, rachi sub-tereti. *Foliola* 4-pedalia, subulato-ensiformia, acumine longo, simpliciter plicata, basi distantia, glabra, coriacea. *Flos* terminalis, pedunculo longo, erecto, crasso, ramoso, bracteatissimo: *spadicibus* Masculi lateralibus, teretibus, reflexis, flosculis undique tectis: *spadice* Fœmineo sub-rotundo, flosculis circumdata. *Spatha* nulla, præter bracteas sub-acutas, breves, distantes. *Drupa* ovato-turbinata, compresso-lobata, polysulcata, 3-4 pollices longa: cortice exteriore fibroso, crasso, laevi, fusco: interiore putamine osse, sub-rotundo, diametro 2-pollicari. *Medulla* albissima, crassa, aquam in vacuo continens. Florem examinare non potui, quamvis a longè saepe viderim. Existimo (non assero) speciem esse Coci a Nuciferâ differentem, talemque judicant indigenæ. In utrâque frondes, & fructus satis convenient: non ita spadices.
Habitat frequentissima in aquis salmis ad maris litora, & ostia fluminum cœnosa Cochinchinæ, Cambodiæ, Philippinarum, freti Malaccensis, &c.
Nypa. Rumph. Amb. I. I. cap. 16. tab. 16. Sasa, & Nipa. Harp. Voyag. V. 4. pag. 330.
Usus. Ex hac palmâ (sicut ex Nuciferâ) extrahitur magna quantitas vini, & aceti, quamvis inferioris notæ. Drupæ adhuc teneræ, & rubentes edules sunt, non sapidæ. Frondes ad defendenda tecta a sole, & pluvia commodiiores sunt, & longius durant, quam Nuciferæ.

POLYANDRIA.

GENUS XXVI. ARECA PALMA.

Char. Gener. Masc. Cal... Cor. 3-petala. Stam. 6. Fœm. Cal... Cor. 3-petala. *Drupa* calyce imbricato. Liv. sy. pl. G. 1341.

Sp. 1. ARECA CATECHU. & Cay Cau: Binh lang. & Fin lâm.
Differ. spec. Ar. frondibus pinnatis: foliolis replicatis, oppositis;
præmorsis. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Palma* 40, aut 50 pedes alta, semipedem in diametro crassa: *caule* rectissimo, tereti, glabro, cinereo, annulis parallelis distincto. *Frondes* paucæ, inermes, reclinatæ, 6 pedes longæ, pinnatæ: *foliolis* 3-plicatis, apice præmorsis, 3 pedes longis, oppositis, basi approximatis. *Flos* albus, suaveolens, minusculus: *spadicibus* axillaribus, spicatis, reclinatis: *spicis* linearibus flosculis. *Masculis*, & Fœmineis confusè mixtis. *Spatha* simplex, subacuta, alba, coriacea, tenuis, striata, decidua, defensa *involucro* ampio, ex basi frondis dilatatâ spadicem, & spatham involvente. *Masculi* floris *calyx* 3-phyllo: *Fœminei* 6-phyllo, imbricatus, inæqualis. *Corolla* utriusque 3-petala, acuta, curva, erecta. *Stamina* 9, brevia. *Pistillum* 1, superum. *Drupa* ovata, laevis, parvo ovo gallinaceo vix æqualis: cortice fibroso, crasso: putamine offeo nullo: *nucleo* cordiformi, interdum sub-rotundo, vel ovato, solido, substantiæ in maturitate corneæ, rubescente, venis albicantibus.

Habitat vastissimè culta in omnibus prædiis Cochinchinæ, tam maritimis, quam montanis: raro in Chinâ Australi: nunquam in Boreali.

Faufel. Garc. Arom. l. 1. c. 25. Nux Faufel, seu Pinang., Bont. Jav. l. 6. c. 2. f. pag. 90. Pinanga Aréca. Rumph. Amb. l. 1. c. 5. tab. 4: ubi optima arboris icon: descriptio vero, quanquam veridica, nimium diffusa, ac tædiosa.

Uſus. Ex fructu tenero ab extimâ pelliculâ libero, vel si recens non habeatur, ex nucleo maturo, & sicco, simul cum folio aromatico Piperis Betele, addito pauxillo calcis ex ostreis, fit masticeatum, affuetis gratissimum, quod omnes Indiani continuò volvunt in ore, ut malus anhelitus corrigatur, dentesque, ac stomachus roborentur. Eorundem nucleorum decocto solent infectores, & fullores telas quascunque imbuere, ut colores diutius servent, & melius exprimant. In quem uſum quotannis aliquot naves Arecarios nucleos deferunt ex Cochinchinâ ad Chinam, & Indiam.

Virtus: nucleorum. Incidens, Lubricans. Prodest in pituitâ tenaci: alvo difficiili: vermis intestinorum. Corticis fibrosi decoctum Diuresim promovet. Ex his colligi potest terram Japonicam, seu Catechu non fieri ex Arécâ, ut olim putabatur. Et quamvis hæc colores in telis retineat, hoc quidem perficit vi glutinante, non adstringente. Nomen Aréca Catechu non solum est improprum, sed erroneum. Per me libentius diceretur Aréca Hortensis.

† Sp. 2. ARECA SYLVESTRIS. a Cau rāng.

Differ. Spec. Ar. foliorum *stipitibus* trigonis, inermibus: *foliolis* triplacatis: spadycis singulo flore fœmineo inter duos masculos.

Hab., & notæ. *Palma* 10 pedes alta, sesquipollicem in diametro crassa,

fa, rectissima. *Frondes* pinnatae, inermes, 3-pedales : *stipitibus* trigonis, basi dilatatis, coriaceis, caulem, & fructificationem amplectentibus : *foliolis* longis, oppositis, 3-plicatis, distantibus, apice nunc acutis, nunc præmorsis. *Spatha* membranacea, alba, striata. *Spadix* spicatus, spicis linearibus, floribus ordinatè dispositis, singulis foeminiis inter duos masculos. *Masculi* Calyx 3-phyllo, foliolis subulatis inæqualibus. *Corolla* 3-petala, sub-clausa, *Calyce* longior, acuta, erecta. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 24, lineares. Foeminæ *Calyx* 3-phyllo, persistens : *foliolis* latis, obtusis, lateraliter se mutuo tegentibus. *Corolla* petala 3, rotundata, foliolis calycis minora. *Germen* oblongo-ovatum, clausum. *Stylus* nullus. *Stigma* 3-gonum, 3-fidum. *Drupa* oblonga, sub-acuta, 1-sperma : *cortice* lœvi, fibroso : *nucleo* ejusdem formæ, solido, corneo, semipollucem longo.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Pinanga oryzæ-formis. Rumph. Amb. I. I. c. 7. pag. 40. tab. 5. fig. 2, B. Frons vero ibi picta nec satis convenit cum descriptione Rumphianæ, nec etiam cum nostrâ observatione.

Ufus. Masticatur cum folio Betele sicut Hortensis. In Cochinchinâ fructus maiores sunt, quam in Amboinâ.

Observ. Hæc Palma inter Arécam, & Caryótam media est : habitus, & fructus Arécæ sunt proprii : stamina, & situs florum ad Caryótam declinant : corolla, & calyx masculus utrique communes : foemineus calyx foliolorum numero differt.

GENUS XXVII. CARYOTA PALM A.

Char. Gen. Masc. *Cal.* communis. *Cor.* 3-partita. *Stam.* plurima.

Fœm. *Cal.* idem. *Cor.* 3-partita *Pist.* 1. *Bacca* 2-sperma,
Lin. sy. pl. G. 1343:

† Sp. 1. CARYOTA MITIS. a Cây Dung định.

Differ. spec. Car. frondibus bipinnatis : foliorum *petiolis* nutantibus : *baccis* 1-spermis.

Hab., & notæ. Palma 15-pedalis, 2 pollices crassa, rectissima, æquallissima. *Frondes* 4-pedales, reclinatae, bipinnatae : *stipitibus* sub-retibus, inermibus : *foliolis* cuneiformibus, polynerviis, obliquè præmorsis : *petiolis* longis, tenuibus, nutantibus. *Spatha* communis, simplex, oblonga, sub-acuta. *Spadix* ramoso-spicatus, reflexus : *spicis* pluribus simplicibus, longis : *floribus* ordinatè dispositis, singulis foemineis inter binos masculos. *Calyx* communis nullus, præter spatham universalem. *Masculis* Perianthium proprium 3-phyllo, foliolis obtusis, concavis. *Corolla* petala 3, conica, curva,

va, erecta, sub-clausa. *Filamenta* nulla. *Antheræ* lineares, plurimæ. *Famineis* *Perianthium* 5-phyllum, imbricatum, persistens: foliolis obtusis, concavis. *Corolla* ut *Masculi*. *Germen* 3-gonum, superum. *Stylus* nullus. *Stigma* acutum, bifidum. *Bacca* rotunda, coriacea, lœvis, nigra, globo sclopeti minoris æqualis: semine 1, globoſo, pallido, molliusculo. Tam *Baccæ*, quam tota planta tactæ non urunt, aut pruritum afferunt: *Baccæ* tamen edules non sunt. Ad axillas frondium nascitur lanugo quædam crassa, & cinerea, quæ fomitem optimum præbet. Inter Palmas hæc omniū pulcherrima est; quando, flante aurâ leni motis petiolis, foliola volitare videntur.
Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Observ. Diversa species canceri debet a *Caryotâ Urente Linnaei*, quæ saguaster maior dicitur a Rumphio, (Amb. I. I. cap. 14. tab. 14) habetque foliola sessilia, minimè nutantia, & Drupam sive baccam 2-spermam, urentem, perianthioque proprio caret, communī calyce gaudet.

GENUS XXVIII. SAGITTARIA.

Char. Gener. Masc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Filam* ferè 24. Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Pist.* multa. *Sem.* multa, nuda. Lin sy. pl. G. 1164.

Sp. I. SAGITTARIA SAGITTIFOLIA. a Cay Mâc thang.

Differ. spec. Sag. foliis sagittatis, acutis. Lin. sp. I.

Hab., & notæ. *Planta* acaulis, 2-pedalis, palustris. *Folia* sagittata, magna, angulis tribus acutis, nervosis, æqualibus, patentibus: *petiolis* longis, crassis, polygonis, flaccidis, sub-erectis. *Scapus* nudus, petiolis similiſ, illis longior. *Flos* albus, spicis terminalibus, simplicibus, interruptis, longis, erectis: *Masculus* ad apicem spicæ. *Stamina* ultra 20. Fœminei *stigmata* simplicia, 200 circiter, insidentia totidem Germinibus, vestitis singulis squamis spathaceis, intus dehiscentibus. *Calyx* communis 3-florus: proprius 3-phyllus. *Petala* 3. *Semina* nuda, oblonga, compressa. *Receptaculum* sub-rotundum, colligens semina.

Habitat paludes, & loca cœnoſa Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 201. *Sagittaria sagittata*. Thunb. Jap. pag. 242.

GENUS XXIX. FAGUS.

Char. Gener. Masc. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* o. *Stam.* 12.

Fœm. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capsula* (calyx antea) muricata, 4-valvis. *Sem.* 2. Lin. G. 1170.

Sp. I.

Sp. 1. FAGUS CASTANEA. α Cay Dee gai. β Lîe tsù.

Differ. spec. Fag. *foliis* lanceolatis, acuminato-serratis, subtus nudis.

Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: ramis patentibus. *Folia* lanceolata, denticulis acuminatis serrata, prope basim integriforma, glabra, petiolata, alterna. *Flos Masculus* ad apicem ramorum, amentis filiformibus. *Fœmineus* inferior, *calyce* 4-dentato, *corollâ* nullâ. *Capsula* sub-rotunda, echinata: in Cochinchinâ plerumque 2-valvis, 1-spermâ. Glans vulgari Europæ dulpo minor, ejusdem tamen formæ, coloris, & saporis.

Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ: in Chinâ colitur Europææ æqualis.

Thunb. Jap. pag. 195. Castanea Sylvestris, quæ peculiariter, Castanea. Bauh. Pin. pag. 419. n. 2.

Uſus. Lignum ad ædificia optimum: fructus, quamvis edules, in Cochinchinâ raro colliguntur.

[†] Sp. 2. FAGUS COCHINCHINENSIS. α Xuong cat lónâ.

Differ. spec. Fag. *foliis* ovatis, confertis: *capsulis* 3-locularibus, 3-valvibus.

Hab., & notæ. *Arbuscula* 5-pedalis: ramis sub-ascendentibus. *Folia* ovata, obsoletè serrata, glabra, congesta, petiolata. *Flos Masculus* amentis terminalibus; *calyce* 5-fido: *corollâ* 5-fidâ: *staminibus* 12. *Fœmineus* inferior in eodem ramo: *calyce* 5-fido: *Corollâ* nullâ: *capsulâ* muricatâ, 3-loculari, 3-valvi, 1-spermâ. Semina Castaneas referunt formâ, & colore: magnitudine vix duas pollicis lineas æquantia. Masculi corolla est valde tenuis, & membranacea; ideo si Nectarium vocare magis placeat, non renuam. An Fagus Sylvaticat Linnæi sp. 3?

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS XXX. QUERCUS.

Char. Gener. Masc. *Cal.* 5-fidus ferè. *Cor.* o. *Stam.* 5-10.

Fœm. *Cal.* 1-phyllus, integriformis, scaber. *Cor.* o. *Styli* 2-5. *Sem.* 1, ovatum. Lin. sy. pl. G. 1168.

Sp. 1. QUERCUS ILEX. α Dee 530.

Differ. spec. Querc. *foliis* ovato-oblongis, indivisis, serratisque, subtus incanis: *cortice* integro. Lin. sp. 3.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: ramis sub-ascendentibus, inermibus: *cortice* fusco-rufo, integro. *Folia* oblongo-ovata, indivisa, ferrata, subtus incana, tomentosa. *Flos Monoicus*, amentaceus, sub-

sub-terminalis. *Glans* ovata, parva, edulis: *calyce* semi-ovato, apero, persistente.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Hort. Cliff. pag. 448. *Ilex* oblongo, ferrato folio. Bauh. Pin. pag. 424. n. I.

† Sp. 2. QUERCUS CORNEA. α Dee' S^{ang}. β Chū.

Differ. spec. Querc. *foliis* oblongo-ovatis, repando-serratis: *glandibus* 3-locularibus, turbinatis, *calyci* æqualibus.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: ligno durissimo, gravi, fusco: *ramis* ascendentibus. *Folia* oblongo-ovata, repanda, ferrata, sub-acuminata, glabra, dura, alterna, petiolata. *Flos* uterque sessilis, amentis linearibus, longis, terminalibus. *Masculi stamina* 5. *Fœminei fimbriata* 3, simplicia, sessilia. *Fructus* sub-lignosus, turbinatus, truncatus, 3-locularis, 1-spermus, ad humeros usque vestitus *calyce* crasso, aspero, segmentis polyedris ordinatè insculpto.

Habitat in altis sylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

† Sp. 3. QUERCUS CONCENTRICA. α Dee' b^{op}.

Differ. spec. Querc. *foliis* lanceolato-ovatis, integerimis, incurvis: *calycibus* laxis, brevissimis, circulis concentricis excavatis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna: *ramis* ascendentibus. *Folia* lanceolato-ovata, acuminata, integerima, incurva, utrinque glabra, petiolata, sparsa. *Flos* Monoicus: *Masculus* amentis linearibus, congettis, erectis, terminalibus: *Fœmineus* in eodem amento inferior, pedunculatus. *Fructus* oblongo-ovatus, acuminatus, glaber, rufus: *calyce* persistente, laxo, brevi, intus concavo, lanci simili, exteriorius excavato circulis quinque, parallelis.

Habitat in altis sylvis Cochinchinæ.

Observ. Hæc species, quamvis foliis similis videatur Quercui Moluccæ (Rumph. Amb. l. 4. c. 49. tab. 56.) ab eâ longè differt calyce, & curvaturâ foliorum.

Uſus. Omnes tres species præbent lignum aptum ad magna opera tam nautica, quam domestica, & ruralia: at secunda species aliis prævalet in sustinendis ponderibus gravioribus.

GENUS XXXI. JUGLANS.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 1-phyllus, squamiformis. *Cor.* 6-partita. *Filam.* 18.

Fœm. *Cal.* 4-fidus, superus. *Cor.* 4-partita. *Styli* 2. *Drupe* nucleo sulcato. Lin. sy. pl. G. 1169.

Sp.

† Sp. 1. JUGLANS. REGIA. β Hö tao. α Cay Hach dão.

Differ. spec. Jug. *foliolis* ovalibus, glabris, subserratis, sub-æqualibus. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Arbor magna*: *ramis* longis patentibus. *Folia* impari-pinnata, 3-juga: *foliolis* sub-æqualibus, oblongo-ovatis, sub-integerrimis, glabris. *Flos Masculus* amentis pendulis, sub-terminalibus: *Fæmineus* sparsus, saepe 2-3-natus in eadem planta. *Drupa* 2-pollicaris, ovata, coriacea, glabra: *nuce* inordinate sulcata: *nucleo* 4-lobo, oleoso, eduli.

Habitat in provinciis Borealibus imperii Sinensis.

Nux Juglans. Matth. in Diosc. l. 1. c. 141. fig. ibi. Nux Vulgaris. Hill. Brit. herb. pag. 508. tab. 72. fig. 1.

† Sp. 2. JUGLANS CAMIRIUM. α Deau lai.

Differ. spec. Jug. *foliis* conicis, repandis: *petiolis* longis: *racemis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor magna*: *ramis* patentibus: *cortice* cinereo, glabro: *ligno* albo, levi, fragili, inutili. *Folia* basi rotundata, superius conica, repanda, glabra, magna, petiolis longis, sparsis. *Flos* albus, Monoicus, uterque in eodem racemo, terminali. *Masculo calyx* monophyllus, oblongus, irregulariter dehiscens, saepe 2-fidus. *Corolla* petala 5, oblonga. *Filamenta* 18: *antheris* bilocularis, stantibus, longitudine corollæ. *Fæmineus flos* maior, rarius: *calyce*, & *corolla*, ut *Masculi*. *Stylis* 2, bifidi, stigmatibus simplicibus. *Drupa* ovalis, coriacea, glabra, Regiae sub-æqualis: *nuce* ovata, sulcatâ, 2-loculari: *nucleo* albo, oleoso, eduli.

Habitat agrestis, cultaque in Cochinchinâ.

Camirium. Rumph. Amb. l. 3. c. 12. tab. 58. Icon, & descriptio Rumphiana aliquatenus discrepant a nostrâ, in quâ nec *Drupa*, nec *folia* sunt cordata.

Uſus. Ex nucleis abundans exprimitur oleum, quod in lampadibus claram lucem diffundit, sed citè consumitur, ideoque minus aestimatur.

† Sp. 13. JUGLANS CATAPPA. α Cay Mo cuá.

Differ. spec. Jug. *foliis* cuneiformibus: *petiolis* brevibus: *amentis* terminalibus.

Hab., & notæ. *Arbor magna*: *ramis* sub-ascendentibus. *Folia* cuneiformia, apice rotundata, sub-acuminata, sub-repanda, glabra, magna, in senectute loctè rubentia: *petiolis* crassis, brevibus, sparsis, congestisque. *Flos* albus, Monoicus, amentis brevibus, simplicibus, laxis, sub-terminalibus, pendulis: *Masculus* ad basim amenti, sufful-

suffultus squamis lanceolatis : filamentis multis : corollis 6-partitis.
Fæminei calyx 4-partitus. *Drupa* ovato-oblonga, fibroso-coriacea,
 rubra : nuce ejusdem formæ, lacunoso-sulcatâ, 1-loculari : nucleo
 oblongo, simplici, eduli.
 Habitat in sylvis Cochinchinæ montanis.
 Catappa. Rumph. l. 1. c. 58. tab. 68.
 Usus. Lignum rubescens, nec admodum grave ædificiis infervit. Cor-
 tex, & folia nigro tingunt colore.

† GENUS XXXII. CLADODES.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 4-phylum : foliolis ovatis, concavis.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 8, membranacea, plana, brevissima. Antheræ sub-
 rotundæ.

* *Fæminei flores* in diversis ramis ejusdem plantæ.

Cal. Perianthium 4-phylum, inferum, persistens.

Cor. Nulla.

Pist. Germen trigonum. Stylus nullus. Stigmata 3, oblonga, reflexa.

Peric. Capsula sub-rotunda, 3-loba, 3-locularis, 3-valvis, 1-sperma.

Sem. hinc rotunda, inde angulata.

Nom. (*Kλαδώδης ramosus*) congruit arbūsculæ ramosissimæ.

Char. Gen. Masc. Cal. 4-phyllo. Cor. o. Stam. 8, membranacea,

Fœm. Cal. 4-phyllo. Cor. o. Stigmata 3, sessilia. Caps.
 3-locularis, 1-sperma.

Sp. 1. CLADODES RUGOSA. a Cây Mót.

Differ. spec. Clad. foliis lanceolatis, ferratis, rugosis : racemis spi-
 catis.

Hab. *Arbuscula* 5-pedalis, ramosissima. *Folia* lanceolata, ferrata,
 glabra, rugosa, alterna. *Flos* terminalis, minimus : racemis laxis,
 in spicas desinentibus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS XXXIII. PHYLLAUREA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phyllum : foliolis ovatis, concavis.

Cor. Nulla.

Stam. Filamenta 30 circiter, brevissima, libera. Antheræ sub-rotundæ, biloculares, minimæ.

* *Fœminei flores* in diverso racemo ejusdem plantæ.

Cal. Perianthium 5-fidum, inferum, persistens : laciniis strictis, obtusis, parvis.

Cor. nulla.

Pist. Germen trigonum. Styli 3, filiformes, longi, reflexi. Stigmata simplicia.

Peric. Bacca sub-ovata, trigona, parva, 3-locularis, 1-sperma.

Sem. ovato-oblonga.

Nomen a foliis aureo colore discretis.

Char. Gener. Masc. Cal. 5-phyllus Cor. o. Filam. 30 circiter.

Fœm. Cal. 5-phyllus. Cor. o. Styli 3. Bacca 3-locularis, 1-sperma.

Sp. 1. PHYLLAUREA CODIÆUM. a Huyhn bá lá. p. . . .

Differ. spec. Phyl. foliis lanceolatis, integerrimis, pictis: floribus spicatis.

Hab. Caulis arborescens, 8-pedalis, erectus, teres, sub-divisus: ramis ascendentibus. Folia omnium pulcherrima, lanceolata, integerrima, petiolata, sparsa, glabra, plana, nitida, lètè viridia: maculis longis, aureis, irregularibus transversè virgata. Flos aperalus, parvus, racewis simplicibus, erectis, terminalibus.

Habitat culta in Cochinchinâ, & Chinâ: puto, quod etiam agrestis.

Codiæum Chrysosticon. Rumph. Amb. I. 6. cap. 29. tab. 25. Crotton Variegatum. Lin. sy. pl. 4. pag. 183. sp. 1. Burm. Ind. pag. 203. Thunb. Jap. pag. 270.

Obserw. Hæc planta a Linnæo cum aliis Authoribus ad Genus Crotton reducitur. Existimo recentem ab illis observatam non fuisse. Mihi in proprio horto culta aliter visa est; Rumphianaque descriptio probè convenit. Præter fructum 3-spermum, qui multis aliis Generibus, præcipue Monoicis communis est, vix hic aliam notam inveneri Crottonis propriam: stamina vero 30, eaque libera, non Monadelpha, Crottoni penitus adversantur. Simili ratione compulsus tam præcedens, quam subsequens Genus, quamvis 3-sperma, separanda

putavi. Minus Scientiæ nocebit numerum Generum ex propiis, & constantibus notis augere, quam incertis, & vagis confundendo minuere.

† GENUS XXXIV. TRIDESMIS.*

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 5-phylum : foliolis lanceolatis, pilosis, patentibus.
Cor. Petala 5, lanceolata, tomentosa, calyci sub-aequalia, receptaculo inserta.

Stam. Filamenta 20 circiter, corollâ breviora. Antheræ oblongæ, stantes.

* *Fæminei flores* in eâdem spicâ, ad basim.

Cal. Perianthium ut Masculi.

Cor. nulla.

Pist. Germen sub-rotundum, superum. Styli 15-20, filiformes, staminibus longiores, in 3 fasciculos collecti. Stigmata crassiuscula.

Peric. Capula sub-rotunda, hispida, 3-locularis, 3-valvis, 1-perma.

Sem. intus angulata, exterius gibba.

Nom. ($\Delta\epsilon\mu\iota\varsigma$ fasciculus) ob ternos Stylorum fasciculos.

Char. Gener. Masc. Cal. 5-phyllo. Cor. 5-petala. Stam. 20 circiter.

Fœm. Cal. 5-phyllo Cor. o. Styli multi in 3 fasciculos collecti. Caps. 3-locularis, 1-sperma.

† Sp. 1. TRIDESMIS HISPIDA. β Ki quāt yāng.

Differ. spec. Trid. foliis utrinque hispidis : spicâ brevi, terminali.

Hab. Frutex 10-pollicaris, erectus, simplex : radice simplicissimâ, longissimâ, verticali, tortuosa, corticosa. Folia ovata, sub-acuta, sub-ferrata, utrinque pilosa, sparsa. Flos spicâ simplici, brevi terminali.

Habitat in dumetis circa Cantonem Sinarum.

Virtus. Radicis decoctum dicitur corroborare tendines, & ossa.

† Sp. 2. TRIDESMIS TOMENTOSA. β Ca xi mà.

Differ. spec. Trid. foliis subtus tomentosis ; spicis longis, terminalibus.

Hab., & note. Caulis fruticosus, erectus, 4-pedalis : ramis multis, ascendentibus. Folia lanceolata, sub-ferrata, subtus tomentosa, alterna. Flos spicis longis, simplicibus, terminalibus. Stamina 10. Styli

li 6, longi, in tres fasciculos per paria collecti. *Capsula* 3-locularis, 1-sperma, pilosa.

Habitat agrestis circa Cantonem Sinarum.

Observ. Praeternaturales apparent hi frutices stylis multis divisim fasciculatis, unicâ autem capsulâ gaudentes: nec commodè dici potest stylos esse 3, in plures lacinias terminatos; siquidem cum sint filiformes, longi, & æquales, basi leviter coaliti, integrros potius stylos, quam eorum lacinias repræsentant.

+ GENUS XXXV. TRIPHACA.

Descriptio Naturalis.

* Masculi flores:

Cal. nullus.

Cor. Monopetala, semiquinquefida: laciñis acutis, in formam ovatam mutuo conniventibus.

Stam. Filamenta 15 circiter, brevissima, libera, receptaculo pedunculato insistentia. Antheræ sub-rotundæ, bilobæ.

* Fæminei flores in eâdem Cymâ, Masculis mixti.

Cal. nullus.

Cor. Campanulata, patens, semiquinquefida: laciñis contorto-reflexis.

Pist. Germen sub-rotundum, 3-lobum, insistens receptaculo concavo polyfido, pedunculato. Stylus filiformis, tortuosus, corollæ subæqualis. Stigma obtusum, 3-fidum.

Peric. Legumina 3, inflato-ventricosa, acuminata, tomentosa, polysperma.

Sem. 4-5, oblongo-ovata.

Nom. (Φακὴ legumen: τρεῖς tres) a tribus leguminibus Pericarpii.

Char. Gen. Masc. Cal. o. Cor. 5-fida, ovata. Stam. 15.

Fœm. Cal. o. Cor. 5-fida, campanulata. Stylus 1. Legumina 3.

† Sp. 1. TRIPHACA AFRICANA. Muttonha.

Differ. spec. Triph. *foliis* cordatis, sub-rotundis: *cymis* lateralibus, & terminalibus.

Hab., Arbor magna, *trunko* crasso, brevi: *ramis* patentissimis. *Folia* cordata, sub-rotunda, acuminata, integerima, glabra, sparsa, petiolis longis. *Flos* luteus, cymosus, lateralîs, & terminalis. *Legumen* 3 pollices longum, binos in medio latum.

Habitat agrestis in continentâ Orientali Africæ, contra Mocambicum.

† G E-

† GENUS XXXVI. DIAPHORA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi* flores in spicis, ad apicem.

Cal. Gluma 1-flora, 3-valvis: valvis acutis, brevibus, intimâ aristatâ.

Cor. Gluma 2-valvis, oblonga, mutica, calyce longior.

Stam. Filamenta sub-nulla. Antheræ 10, filiformes, inæquales: apice caudato, acuto, discolore: insistentes receptaculo consisto paleis multis, corollæ æqualibus.

* *Fæminei* flores in eâdem spicâ, ad basim.

Cal. Gluma 1-flora, 3-valvis: valvis latiusculis, tertia aristatâ.

Cor. Gluma 2-valvis: valvis latis, acutis, carinatis, calyce longioribus.

Pist. Germen trigonum, superum. Stylus nullus. Stigmata 3, filiformia, longa.

Peric. nullum.

Sem. 1, sub-rotundum, trigonum.

Nom. ($\Delta\lambda\alpha\phi\mu\alpha$ discrepantia) ob numerum staminum, quo a familia Graminum discrepat.

Char. Gen. *Masc.* *Cal.* Gluma 1-flora, 3-valvis, tertiatâ aristatâ. *Cor.* Gluma 2-valvis, mutica. *Stam.* 10.

Fœm. *Cal.*, & *Cor.* ut *Masculi*. *Stigmata* 3. *Sem.* 1, triquetrum.

† Sp. 1. DIAPHORA COCHINCHINENSIS. a Lach Khen.

Differ. spec. Diaph. culmo triquetro: paniculis spicatis.

Hab. Planta gramineca, 2-pedalis: culmo triquetro, folioso, erecto.

Folia subulata, aspera, basi pilosa. Flos axillaris, paniculis in spiculas desinentibus.

Habitat inulta in agris Cochinchinæ.

MONADELPHIA.

GENUS XXXVII. PINUS.

Char. Gen. *Masc.* *Cal.* 4-phyllo. *Cor.* o. *Stam.* plurima, Antheræ nudæ.

Fœm. *Cal.* strobili: squamâ 2-flora. *Cor.* o. *Pist.* 1. *Nux* alâ membranacea excepta. Lin. sy. pl. G. 1175.

Sp. I.

Sp. 1. PINUS SYLVESTRIS. a. Cây Thoug. g. Sūm.

Differ. Spec. Pin. *foliis* geminis, primordialibus solitariis, glabris.

Lin. sp. I.

Hab. *Arbor magna*: *cortice* crasto, fisso, fusco: *ramis* ascendentibus, tortuosis. *Folia* acerosa, semipedalia, gemina, primordialia solitaria, tenuia, recta, glabra, duriuscula, plurima. *Flos* Monoicus, racemosus: *Fæmineus* inferior in eodem ramo. *Strobilus* ova-to-conicus, lignosus, imbricatus. *Nux* oblonga, parva, fusca: *nucleo* simplici.

Habitat agrestis in montibus Cochinchinæ, & Chinæ: colitur etiam.

Gmel. Sibir. I. pag. 178. Thunb. Jap. pag. 274. Pinus Sylvestris. Bauh.

Pin. pag. 491. n. 2.

Virtus: resinæ, quæ terebinthina vulgaris. Diuretica, Mundificans.

Diutius cocta, aquâ sæpe mutatâ, prodest in Leprâ, & Phthisi.

Frequentissimus est usus externus in Unguentis, & emplastris.

Observ. Ad radices Pinorum Sylvestrium magnæ longævitatis in provinciâ Boreali Chinensi *su chuyen* gigni solent quædam tubera, sub-rotunda, magna, scabra, fusca, intus albissima, quæ ab Europæis vocantur *Radix Sinensis alba*, a Cochinchinensis *Bach phuc linh*, ab ipsis vero Sinensis *Pé fù lin*. Horum tuberum decocto feliciter utuntur in praxi Medicâ, præcipue in morbis pulmonum, & vesicæ. *Radix Sinensis* rubra provenit ex diversâ plantâ, quæ a Linnæo dicitur Smilax China. De radice Sinensi albâ loquitur Rumph. Amb. I. II. pag. 122. Certius antea locutus fuerat Martinus in Atlante Sinensi pag. 65.

Sp. 2. PINUS ABIES. a. Cây Thoug tâu. g. Xân mõ.

Differ. spec. Pin. *foliis* solitariis, subulatis, mucronatis, lævibus, bifariam versis. Lin. sp. II.

Hab., & notæ. *Arbor magna*, *trunko* recto, altissimo: *cortice* ful-co-cinereo, lævi: *ramis* oppositis, sub-ascendentibus. *Folia* lanceolata, mucronata, integerrima, 2-pollicaria, plana, striata, glabra, bifariam versa, subseifilia. *Flos* lateralis, apetalus: *Masculi* stamina connata: *Fæminei* *strobilus* sub-rotundus, bipollucaris, squamis rotundatis, bifloris: *nucula* alatâ, planâ, irregulari.

Habitat frequentissima in provinciis Australibus imperii Sinensis.

Thunb. Jap. pag. 275. Dammara alba foemina. Rumph. Amb. I. 3. c. 10. tab. 57. Abietis icon. Bellon. Obs. I. 2. fig. p. 163.

Uſus. Lignum hujus arboris, est album, leve, nec magnæ durationis: vastum tamen, rectum, & cuiilibet formæ aptum; ideo apud Sinas uſitatissimum ad extruenda tabulata tam navium, quam domorum.

GENUS XXXVIII. CUPRESSUS.

Char. Gen. Masc. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o. *Antheræ* 4, sessiles.
 Fœm. *Cal.* Strobili : squama 1-flora. *Cor.* o. *Stylis* ? punctata concava. *Nux* angulata. Lin. sy. pl. G. 1177.

Sp. 1. CUPRESSUS SEMPERVIRENS. & Gáy Duong. & Pé xú.

Differ. spec. Cupr. *foliis imbricatis* : *frondibus quadrangulis*. Lin. sp. 1.
 Hab., & notæ. *Caulis* 10-pedalis, erectus, arboreus : *ramis* patentibus, brevibus, multis. *Frondes* lineares, quadragonæ, sparce : *foliolis* brevissimis, acutis, imbricatis, apice sub-reflexis, glabris, obscurè virentibus. *Flos* apetalus, lateralis : *Masculus amentis* brevibus, squamis monosporis, antheris 4, sessilibus. *Fœmineus strobilo* sub-rotundo, polyvalvi : *seminibus* angularis, pusillis, offeis.

Habitat in Chinâ : inde in Cochinchinam delata, cultaque.

Cupressus ramos extra se spargens, quæ mas Plinii. Tourn. Inst. pag. 587. sp. 2. tab. 358. Berg. Mat. Med. pag. 809.

Sp. 2. CUPRESSUS THYOIDES. & Trác bá diep. 3.

Differ. spec. Cupr. *foliis imbricatis* : *frondibus ancipitibus*. Lin. sp. 3.
 Hab., & notæ. *Caulis* arboreus, 8-pedalis : *ramis*, sive *frondibus* ancipitibus, planis. *Foliola* acuta, brevissima, imbricata, appressa. *Flos* apetalus, monoicus, lateralis. *Masculus amentis* oblongis : *antheris* 14, sessilibus. *Fœmineus strobilo* sub-rotundo, semipollucari : squamis 1-floris, 1-spermis.

Habitat in Chinâ, & Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 202. Mill. dict. n. 4.

GENUS XXXIX. THUJA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o. *Stom.* 4.
 Fœm. *Cal.* Strobili : squama 2-flora. *Cor.* o. *Pist.* 1. *Nux* una, cincta alâ marginata. Lin. sy. pl. G. 1176.

Sp. 1. THUJA ORIENTALIS. & Gáy Duong. & Pé xú.

Differ. spec. *Thujastrobilis* squarrofis : *squamis* acutis. Lin. sp. 2.
 Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, caule erecto : *ramis* patentibus.

Frondes subdivise, sparsæ, plurimæ, lâtè virides : *foliolis* imbricatis, minutis, acutis, appressis, Cupressi similibus. *Flos* Monoicus, uterque in eodem ramo : *corolla* nullâ. *Masculus* squama amenti defensus : *staminibus* 4. *Fœmineus strobilo* oblongo-ovato, squarofo : *squamis* 2-floris : *seminibus* oblongis, alatis.

Ha-

Habitat frequens in Chinâ : colitur raro in Cochinchinâ.
Thunb. Jap. pag. 266. Encycl. Econ. tom. 15. pag. 132.

GENUS. XL. CROTON.

Char. Gen. Masc. *Cal.* cylindricus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.*
^{10-15.}

Fœm. *Cal.* polyphyllus. *Cor.* o. *Styli* 3, bifidi. *Capsula*
3-locularis. *Sem.* 1. Lin. sp. pl. G. 1181.

† Sp. 1. CROTON PUNCTATUM. & Bac thau ràng.

Differ. spec. Crot. *foliis* lanceolatis integerrimis, subtus incanis, nitidis, punctatis : *capsulis* furfurosis.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis patentibus. *Folia* lanceolata, integerrima, glabra, subtus albicantia, nitida, punctata, alterna. *Flos* albus, terminalis, racemis simplicibus, oblongis : *Fæmineus* ad basim racemi. *Masculi calyx* 5-partitus, campanulatus : laciniis ovatis, concavis. *Corolla* petala 5, lanceolato-ovata, patentia, calyci sub-æqualia. *Filamenta* 14, filiformia, corollâ longiora : *Antheris* 2-locularibus, stantibus. *Fæminei* floris calyx, & corolla, ut *Masculi*. *Germen* trigonum, superum. *Styli* 3, breves. *Stigmata* totidem, 4-fida : laciniis filiformibus, inflexis. *Pericarpium Capsula* 3-loba, 3-locularis, 1-sperma : cortice furfuroso : feminibus ovatis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Observ. Similitudinem habet cum Crot. Cascarilla. (Lin. sp. 2.) sed nostrî folia nec sunt tomentosa, nec odorata : deque ejus virtute nihil scitur.

† Sp. 2. CROTON LANATUM. & Cay Tlai.

Differ. spes. Crot. *foliis* ovato-lanceolatis, integerrimis, glabris, oppositis : *Corollis* lanatis : *capsulis* 6-valvibus.

Hab. & notæ. Arbor magna, ramis patentibus. *Folia* ovato-lanceolata, integerrima, glabra, opposita. *Flos* albus, racemis simplicibus, terminalibus. *Masculi* flores ad apicem. *Calyx* tubulosus, 5-partitus, erectus. *Corolla* petala 5, ovata, concava, intus lanosa, calyci æqualia. *Filamenta* 15, filiformia, corollæ æqualia, receptaculo inserta. *Antheræ* sub-rotundæ, bilobæ. *Fæminei* floris in eodem racemo *Calyx* 5-phyllus, foliolis ovatis, acutis, patentibus, persistentibus. *Corolla* nulla. *Germen* ovatum, superum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, filiformia, brevia, bifida, reflexa. *Capsula* ovata, 6-valvis, 3-locularis, 1-sperma : *seminibus* ovatis, apice tuberculosis.

Eeee

Habi-

582 MONOECIA. MONADELPHIA.

Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ.

Uſus. Arboris lignum est album, grave, & longissimæ durationis: ideoque ad maiora ædificia, & pontium publicas idoneum.

† Sp. 3. CROTON CONGESTUM. g Pā tāu.

Differ. spec. Crot. *foliis* ovatis, inciso-ferratis, glabris, venosis: *floribus* congestis, nudis, axillaribus.

Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus, 5-pedalis: ramis multis, reclinatis. *Folia* ovata, ferrata dentibus magnis, inæqualibus, glabra, venosa, alterna. *Flos* Monoicus, uterque apetalus, congestus, axillaris. *Masculi stamīna* 18. *Fæminei Capsulae* 3-coccæ, pendulæ.

Habitat agreste circa Cantonem Sinarum.

Sp. 4. CROTON TIGLIUM. a Ba dāu tāu. g Pā tēu.

Differ. spec. Crot. *foliis* ovatis, glabris, acuminatis, ferratis: *caule* arboreo. Lin. sp. 10.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: ramis paucis, patentibus. *Folia* ovata, acuminata, sub-ferrata, glabra, sparsa, petiolis longis. *Flos* pallidus, racemis simplicibus, terminalibus. *Masculus* ad apicem: *Calyce* 5-fido: *Corollâ* 5-petalâ: *staminibus* 15. *Fæmineus* multus ad basim: *Corollâ* nullâ. *Capsula* trigono-ovata, 3-locularis, 1-sperma: *Seminibus* oblongo-ovatis.

Habitat in cultum in Cochinchinâ, & in Chinâ.

Granum Moluccum. Rumph. Amb. I. 6. cap. 48. tab. 42. Ricionoides Indica. Burm. Zeyl. pag. 200. tab. 90.

Virt.: seminum. Purgans, Emetica, Emmenagogia, acerrima. Mitior, quantum velis, fit, si hæc semina a pelliculâ interiori libera linteo involvas & contundas, ita ut totum oleum linteo adhæreat, masflamque istam coquas aceto, & exsiccata leviter torreas. Valet in obstructionibus rebellibus, præcipue uteri: in Hydrope, & Cacochymia ex humoribus crassis, & tenacibus, quos attenuat, & educit per alvum absque periculo

Sp. 5. CROTON LACCIFERUM. a Cây Kách kién.

Differ. spec. Crot. *foliis* ovatis, tomentosis, ferrulatis, petiolatis: *calycibus* tomentosis. Lin. sp. 12.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris: ramis paucis, longis, patentibus. *Folia* ovata, sub-acuminata inæqualiter dentata, tomentosa, sparsa, petiolis longis. *Flos* albus, subterminalis racemis simplicibus. *Masculus* ad apicem: *corollâ* 5-petalâ: *staminibus* 15-20. *Capsula* subrotunda, tomentosa, parva, 3-locularis, 1-perma.

Habitat agreste in provinciis Australibus Cochinchinæ, & in Cambodiâ.

Lac-

Lacca. Garc. Arom. l. 1. cap. 8. Halecus terrestris. Rumph. Amb. 1. 5. cap. 43. tab. 127. Ricinoides aromatica, arbor Circææ foliis hirsutis, floribus spicatis maior. Burm. Zeyl. pag. 201. tab. 91.

Virtus: Corticis, & Gummi. Sub-astrigens, Diuretica, Mundificans. Prodest in oris ulceribus, Gonorrhœâ, Fluxu albo, Dysenteriâ.

Usus. Laccam a formicis rufis formari mihi, & illius regionis indigenis haud dubium est; qui idcirco hoc gummi vernaculo nomine dixerunt *Rubrum formicarum*. Hæ pro materiâ accipiunt ex Crotone Laccifero (an etiam ex aliquâ aliâ arbore? non satis compertum habeo) succum illum gummosum, quem, punctis arboris ramos, exsugunt, digestumque, ac fluido animali in ventre mixtum reponunt, eosdem incrustantes arboris ramos, nidosque pro futurâ prole ædificantes, more Apum. Laccâ utuntur Indiani ad tingenda ferica colore carmesino, pulchro, & immutabili. Lignum arboris album, leve, & fragile inutile censetur.

Sp. 6. CROTON AROMATICUM. α Pa tâu yóng.

Differ. spec. Crot. *foliis cordatis, scabris, sub-ferratis, petiolatis: caule* arboreo. Lin. sp. 14.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, ramis patentibus. *Folia* cordata; acuta, sub-ferrata, scabra, odorata, magna, sparsa, petiolis longis, reflexis. *Flos* albus, racemis simplicibus, brevibus, terminalibus, & lateralibus. *Fæmineus* stigmatibus tribus, sessilibus, ramosis, reflexis. *Capsula* compresso-rotunda, scabra, 3-locularis 1-sperma: seminibus compresso-rotundis. Odor plantæ non ingratus, ut in Amboinâ.

Habitat incultum circa Cantonem Sinarum.

Burm. Ind. pag. 204. Halecus Litorea. Rumph. Amb. l. 5. cap. 42. tab. 126. Ricinoides arbor aromatica, Circææ foliis media. Burm. Zeyl. pag. 202.

Sp. 7. CROTON MOLUCCANUM. α Ba dâu nam.

Differ. spec. Crot. *foliis cordatis angulatis, scabris, subtus tomentosis*. Lin. sp. 17.

Hab., & notæ. *Arbor* 8-pedalis, ramis longis, reclinatis. *Folia* cordata, angulata, acuta, subtus tomentosa, magna, petiolis longis, sparsis. *Flos* albus, racemis brevibus: *Masculus* superior, *calyce* 5-fido, *Corollâ* 5-petalâ, obtusâ, reflexâ: *staminibus* 10. *Flos Fæmineus* binus, vel ternus ad basim, *calyce* 5-fido, *Corollâ* 5-petalâ, acutâ, erectâ. *Capsula* 3-locularis, 1-sperma, lævis. *Nectarium* glandulis 5, ovalibus.

Habitat cultum in hortis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 205. Ricinus dulcis, arborescens, foliis populi nigræ argenteis. Pluk. Alm. pag. 320. tab. 220. fig. 5.

Virtus: seminum. Purgans, Emetica, Deobstruens. Eadem fere, quæ Crot. Tiglii, sed minus vehemens, similique præparatione lenior, & innoxia fit; ideo apud Medicos Cochinchinenses crebrius usū venit.

GENUS XLI. RICINUS.

Char. Gener. Masc. Cal. 5-partitus. Cor. o. Stam. numerosa.
Fœm. Cal. 3-partitus. Cor. o. Styli 3, 2-fidi. Caps. 3-locularis. Sem. 1. Lin. sy. pl. G. 1184.

Sp. 1. RICINUS COMMUNIS. a Cây Dù du deau. g Pi má: Hô má. Differ. spec. Ric. *foliis* peltatis, sub-palmatis, ferratis. Lin. sp. 1. Hab., & notæ. *Caulis* biennis, 8-pedalis, erectus, teres, lœvis: ramis paucis, patentibus. *Folia* peltata, sub-palmata, 8-partita, lacinias lanceolatis, ferratis, in orbem expansis: *petiolis* longissimis, rectis, glabris, inanibus, sparsis. *Flos* racemis terminalibus: *Masculus* inferior, *calyce* 5-partito, *corollâ* nullâ: *antheris* oblongis, albis, 100 circiter, in diversos fasciculos collectis, Polyadelphis. *Fæminæus* ad apicem racemi: *Calyce* sèpius 5-partito, *Corollâ* nullâ *Stigmata* 3, filiformia, 2-fida, rubra. *Capsula* sub-rotunda, villosa-echinata, 3-locularis, 1-sperma. *Semina* ovata, nitida, nigra, punctis albis conspersa. Hujus dûæ sunt varietates: prima caule, & petiolis albantibus: altera rubris.

Habitat incultus, cultusque in Cochinchinâ, & Chinâ.

Ricinus albus, & ruber. Rumph. Amb. I. 6. cap. 46. & 47. tab. 41. Ricinus vulgaris. Bauh. Pin. pag. 432. n. 1. Nhambu Guacu. Pis. Brasil. pag. 180.

Virtus: seminum, vel olei expressi. Purgans, Anthelmintica, Antispasmodica, Diuretica. Valet in Volvulo, colicâ pictonum, & nephriticâ. Externè in convulsionibus, vermis, hydrope, abdominis flatibus, & torminibus, doloribus podagræ. Videlundus Clar. Berg. Mat. Med. pag. 822: & fusori calamo libellus Anglicus D. Pet. Canvane. Disert. on the oleum Ricini. Lond. 1769. Ubi notabiliores hujus olei vires exponit.

Sp. 2. RICINUS TANARIUS. a Bạch đàn nam.

Differ. spec. Ric. *foliis* peltatis, repandis. Lin. sp. 2.

Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis tortuosis, patentibus. *Folia* peltata, sub-ovalia, sub-acuminata, repanda, glabra, subtus albantia, odora, sparsa, petiolis longis. *Flos* hermaphroditus, apetalus: racemis simplicibus, longis, sub-terminalibus. *Perianthium* 3-phylum, foliolis ovato-lanceolatis, curvis, patentibus, deciduis. *Cor.* nulla. *Fla-*

lamenta 30 circiter, receptaculo inhærentia, calyce longiora. *Antheræ* bilobæ, sub-rotundæ. *Germen* trigonum, superum. *Stylus* crassus, brevis. *Stigmata* 3, filiformia, reflexa. *Capsula* 3-loba, glabra, 3-valvis, 3-locularis, 1-sperma: *seminibus* sub-rotundis.
Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Burm. Ind. pag. 207. Tanarius Minor. Rumph. Amb. l. 5. c. 37. tab.

121.

Observ. Descriptio Rumphiana floribus lateralibus a nostrâ differt.

Quot habeat stamina non declarat: ego numeravi 30, eaque libera, floresque omnes hermaphroditos. Ideo non proprio judicio, sed Linnæanum secutus Ricino annumeravi. Folium Mappæ (Rumph. l. 5. c. 24. tab. 108.) a Linnæo dictum Ricinus Mappa, foliis etiam repandis delineatur a Rumphio, sicut Tanarius, nec aliam notam invenio, per quam specie differant.

† Sp. 3. RICINUS APELTA. β Xān pē xū.

Differ. spec. Ric. foliis basi petiolatis, conicis, integerrimis.

Hab., & notæ. *Frutex* 4-pedalis, ramosissimus. *Folia* non peltata; basi rotundata, inde conica, integerrima, glabra, subtus albicantia, sparsa, petiolis longis. *Flos* Monoicus, apetalus, uterque simul in eodem racemo terminali. *Masculi* stamina multa. *Fæminei calyx* 3-partitus. *Stigmata* 3, sessilia, indivisa, lanosa, reflexa; *capsula* villosissima, 3-locularis, 1-sperma.

Habitat agrestis circa Cantonem Sinarum.

GENUS XLII. JATROPHHA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala, infundibulif. *Stam.* 10: alterna breviora.

Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala, patens. *Styli* 3, bifidi. *Cap.* 3-locularis. *Sem.* 1. Lin. G. 1183.

Sp. 1. JATROPHHA JANIPHA. β Pē fū tsū. α Bach phu tu.

Differ. spec. Jat. foliis palmatis, lobis integerrimis: intermedio utrinque sinu lobatis. Lin. sp. 6.

Hab., & notæ. *Planta* fruticosa, 4-pedalis, caule recto, simplicissimo, inermi. *Folia* palmata, sub-9-loba: lobis lanceolatis, inæqualibus, integerrimis, interdum, sinuatis. *Flos* Monoicus: recentem non vidi. *Radix* tuberosa, fasciculata: tuberibus ovato-oblongis, acutis, carnosis, intus, & extre. albis, 3-pollicaribus: sapore sub-dulci, sub-ardente.

Habitat inculta apud Sinas.

Jacq. Amer. pag. 256. tab. 162. fig. 1. Janipha frutescens. Lœfl. It. 309.

Virt.:

Virtus : radicis. Calefaciens , resolvens. Affa , non crudâ utuntur Medicis.

G E N U S X L I I I . S T E R C U L I A .

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Filam.* 15.

Fœm. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Germen* columnæ insidens.

Caps. 5-locularis , polysperma. Lin. sy. pl. G. 1185.

Sp. 1. STERCULIA FŒTIDA. α Chim chim räng.

Differ. spec. Sterc. foliis digitatis.

Hab. , & notæ. Arbor supra mediocrem , *ramis* patentibus , inermibus. *Folia* digitata , petiolo longissimo : foliolis lanceolatis , integerimis , 7-9-natis , glabris , glaucis , in orbem dispositis , sessilibus. *Flos* Monoicus , apetalus , racemis sub-terminalibus , fœtidis. *Calyx* uterque 5-partitus , glaber , magnus , patens , cinereo-glaucus. *Stamina* 15 circiter , connexa. *Stylus* unicus. *Germen* pedunculatum. *Capsula* sub-rotundo-ventricosa , sub-compressa , corticosa , lœvis , 5-locularis , 2-valvis , polysperma. *Semina* oblongo-ovata , multa , pedicellis propriis ex utrâque valvâ pendentibus in formam leguminis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Clompanus Maior. Rumph. Amb. l. 5. c. 22. tab. 107. Nux Zeylanica , folio multifido , digitato , flore stercus olente. Burm. Zeyl. pag. 169.

Virtus : foliorum , & præcipue corticis. Aperiens , Pellens , Diuretica , Diaphoretica. Valet in Hydrope , Rheumatismo , Vermibus , Scabie. Semina sunt oleosa , in Cochinchinâ non edulia : imo , si incaute deglutiantur , afferunt nauseam , vertiginem , mentis turbationem.

Uſus. Lignum pallidum , & leve , longè durat , nec patitur fissuras ; ideo maximè idoneum est ad tornanda quælibet vasa , quæ , super addito vernice , pulchra reduntur , & utilia. Lignum non malè olet , ut flores.

† G E N U S X L I V . V E R N I C I A .

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium tubulosum , 2-fidum , laciñis rotundatis , erectis.

Cor. Petala 5 , oblonga , campanulata , patentia , calyce longiora.

Stam. Filamenta 10 , basi in fasciculum coalita , interiora longiora.

Antheræ totidem , sagittatæ.

* *Fæ-*

* *Fæminei flores pauci in eodem ramo.*

Cal.?

Cor.?

Pist. Germen superum, sub-rotundum, trilobum. Stylus nullus. Stigma obtusum, 3-fidum.

Peric. Drupa mediocris, sub-rotunda, varicosa.

Sem. Nux ossea, obtuse trigona, rugosa, 3-locularis, 1-sperma: nucleis ovato-oblongis.

Nom. ab oleo ex nucleis expresso, quo pro Vernice utuntur indigenæ.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 10, connexa.

Fœm. *Cal.*... *Cor.*... *Stigma* obtusum, 3-fidum. *Dru-*
pa varicosa: *nuce* 3-gonâ, 3-loculari.

† Sp. 1. VERNICIA MONTANA. a Cây d'eau l'on. & Tong xú.

Differ. spec. Vern. *foliis* sub-cordatis, acuminatis, undulatis: *pedun-*
culis polyfloris, terminalibus.

Hab. *Arbor magna: ramis* ascendentibus. *Folia* obsoletè cordata, acu-
minata, integerima, undulata, glabra, sparsa, petiolata, glandu-
lis binis perforata ad insertionem petioli. *Flos* albus, pedunculis
polyfloris, brevibus, terminalibus, absque *Amento*.

Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ, simul & in Chinâ.

Observ. Convenit cum Hippomane Linnæi Calyce bifido, & stigma-
te 3-fido: non vero corollâ, numero, & formâ staminum, nuce-
que 3-gonâ, 3-loculari. De Hippomanes Characteribus diversi Au-
thores diverse loquuntur, omnes de Americanis, nullus, quem
sciam, de Indianâ. Arbor Vernicis (Rumph. Amb. I. 3. c. 44. tab.
76.) cum nostrâ Verniciâ cohæret in aliquibus notis, non in om-
nibus. Ea vero arbor non est celebris Sinensium Vernix, vulgari
linguâ Cantonensi dicta Trät Xú., quam nos Augiam vocatam su-
pra descripsimus in Polyandriâ, Monogyniâ, Genere VI.

Uſus. Verniciæ lignum parum utile est ad edificia. Ex nucleis drupæ
extrahitur abundans oleum flavum, viscidum, pellucidum, medio-
criter liquidum, quo oblinuntur ligna, & telæ, quæ tempestatibus
aeris, & pluviae exponi solent. Misceri frequenter videtur cum ve-
niâ Vernice Sinicâ, (Augiâ) tum ut hujus nimia crassities minua-
tur, ac magis ductilis fiat, tum ut quantitas, quæ carè venditur,
augeatur. Lychnis inutile est, quia in flammam citò abit, & citò
consumitur.

SYNGENESIA.

GENUS XLV. TRICHOSANTHES.

Char. Gen. Masc. Cal. 5-dentatus. Cor. 5-partita, ciliata. Filam. 3.
Fem. Cal. 5-dentatus. Cor. 5-partita, ciliata. Stylus 3-fidus. Pomum oblongum. Lin. sp. pl. G. 1190.

Sp. 1. TRICHOSANTHES ANGUINA. α Muñp Saoc. 3...

Differ. spec. Trich. pomis teretibus, oblongis, incurvis. Lin. sp. 1.
Hab., & notæ. Caulis annuus, scandens, cirrhosus, ramosus. Folia cordata, sub-rotunda, lobata, dentata, petiolata, alterna. Flos Monoicus, albus, axillaris, pedunculis geminis. Corolla utraque 5-partita, terminata capillitio longo, cincinnato. Filamenta 3, antheris stantibus, connexis. Stylus 3-fidus. Pomum longum, tenue, utrinque acuminatum, teres, laxe, tortuoso-convolutum, in longitudinem virgatum fasciis alternis albis, & viridibus.

Habitat culta, & esculenta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 207. Anguina Sinensis flore albo, elegantissimo, fructu oblongo, intorto. Mich. G. 12. tab. 9. Petóla Anguina. Rumph. Amb. 1. 9. cap. 43. tab. 148.

Sp. 2. TRICHOSANTHES CUCUMERINA. α Bát bát tláu.

Differ. spec. Trich. pomis ovatis, acutis: foliis cordatis, angulatis. Lin. sp. 3.

Hab., & notæ. Caulis longissimus, scandens, herbaceus, ramosus. Folia lato-cordata, crenata, infera 3-lobata, supera palmata. Flos Monoicus, albus, ciliatus, axillaris. Poma ovata, acuta, laxe, coccinea, 5-locularia, polysperma, binos pollices longa. Non esculenta. Habitat sepes arundinum Bambus in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 208. Thunb. Jap. pag. 322.

† Sp. 3. TRICHOSANTHES PILOSA. α Cây Qua.

Differ. spec. Trich. Caule, & foliis pilosis: spicis axillaribus: bracteis lanceolatis, ferratis.

Hab., & notæ. Caulis suffruticosus, longissimus, sulcatus, pilosus, scandens cirrhis bifidis. Folia cordata, denticulata, pilosa, venosa, inferiora palmata, supera triloba. Flos albus, Monoicus: spicis longis, lateralibus: bracteis lanceolatis, ferratis, flores sustinentibus. Corolla utraque 5-partita, ciliata cincinnis longis. Poma ovata, acuta, coccinea, 1-locularia: seminibus rhomboideis, compressis, lobatis, fuscis.

Habi-

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

- † Sp. 4. TRICHOSANTHES TRICUSPIDATA. α Bát bát rùng.
 Differ. spec. Trich. *foliis* tricuspidatis, glabris, polynerviis : *stipulis* sub-rotundis, crassis, crenatis : *spicis* axillaribus.
 Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, scandens, cirrhis trifidis. *Folia* cordata, polynervia, denticulata, glabra, in tres cuspides desinentia : *stipulis* sub-orbiculatis, crenatis, crassis. *Flos* albus, Monoicus, *spicis* axillaribus, bracteis magnis, dentatis. *Corolla* utraque ciliata. *Poma* parva, lutea, ovata, acuta, bilocularia, bisperma.
 Habitat agrestis in Cochinchinâ.

- † Sp. 5. TRICHOSANTHES SCABRA. α Dua nhà tlòi.
 Differ. spec. Trich. *foliis* sub-rotundis, scabris, rugosissimis : *pedunculis* 1-floris.
 Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, polysulcus, scandens, cirrhis bifidis. *Folia* cordata, sub-rotunda, rugosissima, scabra, pedunculata, alterna. *Flos* Monoicus, albus, ciliis brevibus : *pedunculis* monofloris, axillaribus. *Pomum* sub-rotundum, parvum, rubrum, 12-lobum, 5-loculare, polyspermum : *seminibus* planis, oblongis.
 Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS XLVI. MOMORDICA.

Char. Gener. Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.
 Fœm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Pomum* elasticè dissiliens. Lin. sy. pl. G. 1191.

- Sp. 1. MOMORDICA CHARANTIA. α Múop dâng. β Khú quă.
 Differ. spec. Mom. *pomis* angulatis, tuberculatis : *foliis* villosis, longitudinaliter palmatis. Lin. sp. 2.
 Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, tenuis, ramosus, cirrhis lateralibus scandens. *Folia* sinuato-palmata, rugosa, glabra, dentata, in orbem expansa, nervis pubescentibus, alterna, petiolata. *Flos* luteus, Monoicus, quandoque etiam hermaproditus : *pedunculis* longis, axillaribus, 1-floris. *Calyx* utriusque profundè 5-partitus. *Corolla* plerumque 5-partita, interdum 6-partita : *staminibus* 3, connexis. *Pomum* oblongum, obtusè angulatum, tuberculatum, utrinque attenuatum, exterius album, flavum, aut viride, interius ruberrimum, carnosum, elasticè dissiliens, 1-loculare : *seminibus* ovatis, planis, margine præmorsis.

Habitat culta in hortis Cochinchinæ, & Chinæ.

Amara Indica. Rumph. Amb. l. 9. cap. 46. tab. 151. Pandi pavel.
 Fff Rhed.

Rhed. Malab. 8. pag. 17. tab. 9. *Momordica Zeylanica*, fructu longiore. Tourn. Inst. pag. 103. tab. 30.

Usus. Fructus, quamvis amari, ab indigenis in taleolas secti acceptariis adhibentur. Cocti amaritatem deponunt, salubresque censentur, refrigerantes; ac stomachici. Balsamina, & Charantia potius varietates dicendae videntur, quam diversae species: utraque invenitur aliquando fructu sub-rotundo, semper tuberculatis elongatis varicosa.

Sp. 2. MOMORDICA LUCCA. a Múop ngot. & Sū quā.

Differ. spec. Mom. *pomis oblongis: fulcis catenulatis: foliis incisis.*
Lin. sp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis annuus*, angulatus, ramosissimus, scandens claviculis bifidis, spiralibus. *Folia* 5-7-angulata, angulis acutis, medio duplo longiore, inæqualiter ferrata, venosa, rugosa, petiolis longis, alternis. *Flos* flavus, Monoicus: *Masculus* pedunculis polyfloris terminalibus: *corolla* 6-partitâ, rugosâ, patente: staminibus tribus. *Fæmineus* lateralis, solitarius, superus: *corolla* 5-partitâ, refl-xâ: *stylo* 3-fido. *Pomum* longitudinis pedalis, binos pollices crassum, sub-teres, saepius utrinque attenuatum, pilosum, fulcis longitudinalibus catenulatis, 3-loculare, polyspermum: pulpâ alba, flaccidâ, esculentâ, saporis fatui: *seminibus oblongis*, compressis, lævibus.

Habitat latè culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Petóla Tschina. Rumph. Amb. I. 9. cap. 42. tab. 147. *Pepo Indicus*, reticulatus, seminibus albis. Burm. Zeyl. pag. 185.

Sp. 3. MOMORDICA CYLINDRICA. b Sōy quā.

Differ. spec. Mom. *pomis cylindricis*, longissimis: *foliis angulatis*, acutis. Lin. sp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis annuus*, angulatus, scandens, cirrhosus, longus, ramosus. *Folia* cordata, 9-angulata, angulis intrantibus rotundatis, denticulata, scabra. *Flos* Monoicus, luteus, pedunculis longis, polyfloris. *Poma* longissima, bipedalia, & ultra, recta, pendula, sub-tereta, obtusa, reticulato-rugosa, edulia saporis fatui. *Masculi* floris Antheræ lineares, repentes, tres ab invicem separatae. *Semina* compressa, oblonga, lævia, nigra.

Habitat culta circa Cantonem Sinarum.

Pepo Indicus, reticulatus, seminibus nigris. Burm. Zeyl. pag. 186.
Herm. Lugdub. pag. 482.

Observe. *Momordica Luffa*, & *cylindrica* non habent fructus elasticè dissilientes, *Momordicæ* generis proprios: imo nec dissilire possunt; siquidem in perfectâ maturitate constant fibris tenacissimis, intricatis, (prout bene notavit Rumphius) quæ vix magnâ violentiâ distracti

trahi possunt. Hæ autem fibræ non inveniuntur in Balsaminâ, & Charantiâ, quæ vel elasticitate naturali rumpuntur, vel clausæ putreficunt, nullis relictis filamentis. Luffam Ægyptiacam non vidi, de Indianâ loquor.

GENUS XLVII. CUCUMIS.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.
Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Pist.* 3-fidum. Po-
mi semina arguta. Lin. sy. pl. G. 1193.

Sp. 1. CUCUMIS SATIVUS. α Dua chüot. β Hoām quā.

Differ. spec. *Cuc. foliorum* angulis rectis: *pomis* oblongis, scabris.
Lin. sp. 8.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, scandens, ramosus. *Folia* an-
gulata, angulis sub-rectis, lœvia, petiolata, sparsa. *Flos* luteus,
Monoicus, solitarius, axillaris. *Pomum* oblongum, obtusum, sub-
trigonum, tuberculoso scabrum, in maturitate luteum, 3-loculare po-
lyispernum: *seminibus* ovato-oblongis, argutis, compressis, lœvibus,
albicantibus. *Varietas* 1, & communior, fructu 5 pollices longo,
saporis sub-fatui. *Varietas* 2 duplo maior, sapidior, & odoratior,
dicta *Dua bà cai*.

Habitat latè culta in Cochinchinâ, simulque in Chinâ.

Thunb. Jap. pag. 324. Tournef. Inst. pag. 104. tab. 31.

Sp. 2. CUCUMIS MELO. α Dua gang. β Cān quā.

Differ. spec. *Cuc. foliorum* angulis rotundatis: *pomis* torulosis. Lin.
sp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, procumbens, ramosissimus. *Folia* pal-
mati-finiata, angulis rotundatis. *Flos* luteus, Monoicus, lateralis,
solitarius. *Pomum* ovatum, magnum, obtusum, torulosum, lœve,
luteum, odorum, carnosum, 3-loculare, polyspermum: *seminibus*
argutis, pallidis.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Forsk. Arab. pag. 168. n. 52. Tournef. Inst. pag. 104. tab. 32. Melo
Vulgaris. Bauh. Pin. pag. 310. n. 1.

Uſus. Esculentus. In Cochinchinâ, & in provinciis Chinæ Australi-
libus nimis aquosí, & insipidi sunt; ideo frequentius comeduntur
muriâ sub-acti, rarius recentes.

Sp. 3. CUCUMIS ACUTANGULUS. α Muōp Khen. β . . .

Differ. spec. *Cuc. foliis* rotundato-angulatis: *pomis* angulis 10, acu-
tis. Lin. sp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, angulatus, cirrhosus, scandens, ramosus. *Folia* cordata, rotundato-angulata, dentata, pilosa. *Flos* luteus, Monoicus: *Masculus terminalis*, poliflorus: *Fœmineus lateralibus solitarius*. *Pomum* ovatum, obtusum, acutè angulatum, 5 pollices longum, luteo-fuscum, lave, polyspermum: *seminibus* subovalibus, compressis, lœvibus, nigris. *Cortex fructus* in maturitate fibrosus, sicut Mom. *Luffæ*, & *Cylindricæ*.

Habitat cultus in Cochinchinâ, & Chinâ.

Burm. Ind. pag. 209. Petola Bengalensis. Rumph. Amb. I. 9. c. 44. tab.

149.

Operculum fructus nec apud Rumphium inveni, nec in ipsis plantis. Usus. Tener fructus, dum crudus, est fatui saporis: elixatus, & conditus mensis apponitur.

Sp. 4. CUCUMIS MADERASPATANUS. a Cung cang tlön tlái.

Differ. spec. Cuc. *foliis* cordatis, integris, denticulatis: *pomis* globosis, glabris. Lin. sp. II.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, tenuis, cirrhosus, ramosus. scandens. *Folia* cordata, sub-rotunda, integra, denticulata, glabra, petiolata, alterna, parva. *Flos* albus, axillaris, pedunculis polyfloris. *Pomum* globosum, semipolllicare, lave, luteum, 3-loculare, polyspermum. Planta Melothriæ valde proxima.

Habitat inter sepes Cochinchinæ.

Cucumis Maderaspensis, fructu minimo. Pluk. Almag. 123. tab. 170. fig. 2.

G E N U S XLVIII. C U C U R B I T A.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filam.* 3.

Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Pist.* 3-fidum. *Pomi semina* margine tumido. Lin. sy. pl. G. 1192.

Sp. 1. CUCURBITA LAGENARIA. a Cây Bau. b Hí quâ: Hô lô.

Differ. spec. Cucurb. *foliis* sub-angulatis, tomentosis: basi subtus biglandulosis: *pomis* lignosis. Lin. sp. I.

Hab. & notæ. *Caulis* annuus, crassus, longus, multiplex, scandens, cirrhosus, ramosus. *Folia* cordata, sub-rotunda, repanda, denticulata, tomentosa, petiolata, alterna, subtus biglandulosa, mollia, cinerea, magna. *Flos* albus, pedunculis longis, solitariis, 1-floris, lateralibus. Utriusque *calyx* cyathiformis, 5-dentatus. *Corolla Calyci* coalita, patula, rugosa, 5-partita, laciniis acuminatis. *Fruetus* multiformis, pallidus, lavis, 3-locularis, polyspermus: *seminibus* oblongo-ovatis, compressis, margine tumidis: cortice in senectute ligno-

ligioso. Varietas 1, coquinunissima: fructu tereti, longissimo, crus crasso, eduli. Var. 2: fructu sub-rotundo, vel ovato, omnium maximo, ex cuius cortice parantur vasa ampla. Var. 3: fructu lageniformi, parvo, non eduli, amaro, cuius cortex ad servandos liquores aptior est.

Habitat ubique culta in Cochinchinâ, & Chinâ.

Rumph. Amb. l. 9. cap. 38. tab. 144. Cucurbita Lagenaria, flore albo, folio molli. Bauh. Pin. pag. 313. n. 3.

Virt.: fructus. Refrigerans, Diuretica.

Sp. 2. CUCURBITA PEPO. α Bí dao. β Tuīn quā.

Differ. spec. Cucurb. foliis lobatis: pomis lœvibus. Lin. sp. 3.

Hab., & notæ. Caulis annuus, crassus, multiplex, angulatus, hispidissimus, ramosus, scandens eirrhis bifidis. Folia cordata, magna, sub-rotundo-angulata, dentata, rugosa, utrinque pilosa: petiolis longis, alternis, crassis, flexuosis, hirsutis. Flos luteus, Monoicus, lateralis, solitarius, pedunculis petiolo similibus, brevioribus. Calyx dentibus 5, magnis, incisis, undulatis, reflexis. Corolla supera, tubulosa, campanulata: limbo 5-partito, patente: antheris filiformibus, reptantibus. Poma oblongo-ovata, 3-locularia, polysperma, interius carnosâ, alba, insipida, exterius pallidè viridia, hispida: seminibus compressis, pallidis, margine tumidis.

Habitat frequentissima in Cochinchinâ, & Chinâ.

Thunb. Jap. pag. 323. Comolenga. Rumph. Amb. l. 9. cap. 37. tab.

143. Usus. Inter Cucorbitas hæc est omnium cibo aptissima, & saluberrima, quæ vix unquam negatur infirmis. Virtus eadem, quæ præcedentis. Poma exterius non profrus lœvia, sed plerumque pilis setosis hispida.

Sp. 3. CUCURBITA MELOPEPO. α Bí ugō. β Nän quā: Fán quā.

Differ. spec. Cucurb. foliis lobatis: caule erecto: pomis depresso-nodifis. Lin. sp. 5.

Hab., & notæ. Caulis annuus, sub-teres, pilosus, scandens, vel procumbens, cirrhis 3-fidis, ramis multis, longis. Folia lobato-angulata, serrata, pilosa, alterna, petiolis longis. Flos luteus, Monoicus, pedunculis lateralibus, 1-floris. Calyx laciniis 5, liniari-spathulatis, patentibus. Corolla campanulata, limbo 5-partito, patente. Antheræ lineares: distinctæ, erectæ. Poma magnum, rubro-luteum intus, & foris: seminibus pallidis, margine tumidis. Formâ variat: plerumque sub-rotundum, saepe depresso, semper torulosum, interdum ovatum, raro verrucosum. Unde existimo Cucurb. verrucosam, & Melopeponem (Lin. sp. 4. & 5.) varieta-

tes

tes esse, non diversas species; nam licet Melopepo alicubi videatur stare caule erecto, naturā semper scandens est, cum semper instruatur cirrhis, quibus ascendens inniti possit. In Indiā semper scandunt, vel procumbunt, quando absunt adminicula.

Habitat latè culta in Cochinchinā, & Chinā.

Pepo Indicus. Rump. Amb. I. 9. cap. 39. pag. 309. tab. 145. Melopepo. Tourn. Inst. pag. 106. tab. 34.

Uſus. Hi fructus magnæ utilitatis ſunt navigantibus; nam cum ſervari poſſint incorrupti, & quaſi recentes per menses aliquot, cibum præbent vegetabilem, in longis navigationibus optabilem, & ſalubrem.

Sp. 4. CUCURBITA CITRULLUS. a Dua hau. & ſi quā.

Differ. Spec. Cucurb. foliis multipartitis. Lin. Sp. 6.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, teres, striatus, longus, ramosus, pilosus, procumbens, diffusus, cirrhis lateralibus, bifidis. *Folia* multipartita: laciniiis, incifis ſub-acutis, pilofolis. *Flos* flavus: Monoicus, pedunculis brevibus, ſolitariis, lateralibus: *calyce* 5-dentato: *corolla* 5-partitā. *Pomum* magnum, lēve, rotundum, vel oblongum ſequipedale, intus aquosum, dulcissimum, ruberrimum, aliquando pallidum, loculare, polyspermum: ſeminibus compressis, margine tumidis, nigris, vel rufis.

Habitat frequenter culta in Cochinchinā, & Chinā.

Thunb. Jap. pag. 323. Anguria Indica. Rumph. Amb. I. 9. cap. 40. tab. 146. fig. 1. Anguria Citrullus dicta. Bauh. Pin. pag. 312. n. 1.

Uſus. Eſculentus, gratiſſimus in terris calidioribus.

Virtus: pomi. Humeclans, Refrigerans. Seminum Emulſiva, Obtundens, ſub-Diuretica. Rumphius loco citato afferit fructū pulpam valere contra toxicum, & morsus venenatos: item contra anxieta-tes exortas ex opio malē præparato, vel magnā dosi аſſumpto; quod ipſe expertus non ſum.

GENUS XLIX. BRYONIA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filam.* 3.

Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* ſub-globosa, polysperma. Lin. Sy. pl. G. 1194.

† Sp. 1. BRYONIA HASTATA. & ſi toūng quā.

Differ. Spec. Bry. foliis hastatis, denticulatis, glabris: pedunculis polyfloris.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, tenuis, scandens, cirrhosus. *Folia* cordata, hastata, denticulata, glabra. *Flos* albus, Monoicus, pe-
dunc-

duunculis polyfloris, axillaribus. *Cal.* nullus. *Corolla* tubulosa, limbo 5-partito, erecto. *Filamenta* 3, fundo corollæ insistentia: glandulis 3, alternis, verrucosis. *Bacca* ovata, acuta, parva, rubra, 1-locularis, polysperma: *seminibus* ovatis, arillatis, paucis.

Habitat agrestis circa Cantonem Sinarum.

† Sp. 2. BRYONIA TRILOBA. & Deom ác ba Chia.

Differ. spec. Bry. *foliis* trilobis, 5-nerviis: *stipulis* sub-rotundis, concavis: *pedunculis* monofloris.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, sulcatus, scandens cirrhis trifidis. *Folia* cordata, triloba, quinque-nervia, ferrato-repanda, utrinque lœvia: *stipulis* sub-rotundis, concavis, ferratis. *Flos* albus, Monoicus, axillaris, pedunculis solitariis, monofloris. *Bacca* ovata, sub-acuta, glabra, lutea, sesquipollicem longa, 5-locularis, polysperma.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

Sp. 3. BRYONIA GRANDIS. & Deom ác ngú chia.

Differ. spec. Bry. *foliis* cordatis, angulatis, basi subtus glandulosis.

Linn. sp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, magnus, ramosus, scandens cirrhis simplicibus. *Folia* cordata, sub-rotunda, 5-angulata, utrinque lœvia, denticulata, alterna, petiolata. *Flos* albicans, Monoicus, lateralis, pedunculis monofloris, 1-2-natis. *Bacca* sub-rotunda, 1-pollicaris, rubra, lœvis, 5-locularis, polysperma. *Semina* pauca, oblonga, obtusa, compressa. De glandulis ad basim foliorum non adverti.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Vitis alba. Rumph. Amb. I. 9. c. 65. tab. 166. fig. 1. Bryonia *foliis* sub-rotundis, angulofolis. Burm. Zeyl. pag. 49. tab. 19. fig. 2.

† Sp. 4. BRYONIA COCHINCHINENSIS. & Cây Quai quái

Differ. spec. Bryon. *foliis* 5-angulatis, asperis: *baccis* 3-locularibus, decagonis.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, mediocris, 4-sulcatus, ramosus, scandens, cirrhosus. *Folia* cordata, quinque-angulata, denticulata, aspera, alterna, petiolata. *Flos* albus, Monoicus, magnus, axillaris, solitarius, pedunculis longis. *Calyx* 1-phyllo, tubo inferius cylindrico, superius ovato, dilatato: limbo 5-fido, laciniis linearibus. *Corolla* sub-rotata, 5-partita, ori calycis inhaerens: laciniis ovato-oblongis. *Filamenta* 3, brevia, medio tubo calycis insistentia. *Anthera* 1, magna, oblongo-ovata, tribus filamentis in formam tripodis imposita. *Floris Fœminei* *Calyx*, & *Corolla* ut Maſ-

cu-

culi. Germen inferum ovato-oblongum, polysulcum. *Stylus* filiformis, tubo brevior. *Stigma* oblongum, trigonum, apice trifidum. *Bacca* ovata, utrinque sub-acuta, 10-angulata, 3-locularis, polysperma, rubra, laevis, mediocris. *Semina* oblongo-ovata, compressa, laetitia.

Habitat agrestis in Cochinchinâ, ad sepes scandens.

Observ. A Bryoniâ profecto differt. Sed cui alteri generi melius adaptabitur, si novum statuere non liceat? Habitù quidem affinis est Bryoniæ Scabrellæ. Lin. Jun. suppl. pl. pag. 424.

+ GENESES L. MURICIA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. exterior spatha inflata, obtusa, 1-flora, magna.

Perianthium 5-partitum: laciinis subulatis, striatis, coloratis, patentibus, æqualibus.

Cor. Campanulata, petala 5, ovato-lanceolata, nervosa, patentia.

Stam. Filamenta 3, brevia, crassa, trigona: basi dilatata inter se cohaerentia. Antheræ 3, quarum 2 bilobæ, lobis divaricatis, ad basim auritis: tertia simplex: omnes ex linea fariniferâ extrorsum filamentis adnatæ, invicem distinctæ.

* *Fæminei flores* in eâdem plantâ, sparsi.

Cal. ut Masculi.

Cor. ut Masculi.

Pist. Germen oblongo-ovatum, villosum, medium inter spatham, & perianthium. *Stylus* teres, crassus, æqualis staminibus, apice subtrifidus. *Stigmata* 3, sagittata, horizontalia.

Peric. *Bacca* magna, ovata, muricata, 1-locularis, polysperma.

Sem. multa, orbiculata, magna, reticulata, margine tuberculosa.

Nom. Muricia a baccâ muricata, purpureâ.

Char. Gen. Masc. Cal. 5-partitus. Cor. 5-petala. Filam. 3.

Fœm. Cal. 5-partitus. Cor. 5-petala. *Stylus* sub-integer. *Bacca* 1-locularis: seminibus orbiculatis, tuberculosis.

Sp. 1. MURICIA COCHINCHINENSIS. a Cây gõc: Möuc biet tu. Mö pië sù.

Differ. spec. Mur. foliis 5-lobis, glabris, denticulatis: baccis ovatis, muricatis: caule scandente.

Hab. Frutex magnus, caule lignoso, crasso, multiplici, scandente cirrhis solitariis. Folia 5-lobata, lobis tribus superioribus acuminatis,

tis, binis inferioribus sub-obtusis, brevibus, denticulata, venosa, glabra, petiolata, alterna. *Flos* lateralis, solitarius, pallidè luteus, pedunculo longo. *Bacca* intus, & extra rubro-purpurea, sub-carnosa, seminibus nidulantibus, fuscis. *Perianthium* nigrum: *spathæ* viridis. *Fructus* inodorus, saporis fatui. *Petoli* canaliculati, tortuosí.

Habitat agrestis in Cochinchinâ, & Chinâ.

Usus: baccæ. Ad tingenda liba, & alia esculenta colore nitide purpleo.

Virtus: semenum, & foliorum. Aperiens, Abstergens. Valet in obstruktionibus hepatis, & lienis: tumoribus, & ulceribus malignis, aut antiquis: lumbagine. Externè prodest in procidentia uteri, & animalium luxaturâ, aut fracturâ.

C L A S S I S X X I I .
D I O E C I A .

M O N A N D R I A .

1. PANDANUS.

Masc. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* sessilis,
linearis
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigm.* 2. *Bacca*.
composita.

† 2. KNEMA.

Masc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida. *Filam.* anthe-
tris stellatis.
Fœm. *Cal.* sub-truncatus. *Cor.* 3-fida. *Sti-
gm.* 1-*Bacca* 1-sperma

† 3. COMMIA.

Masc. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o. *An-
thera* multilocularis.
Fœm. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o. *Styli-*
3. *Caps.* 3-locularis, 1-sperma.

† 4. PHYLLAMPHORA.

Masc. *Cal.* 4-phyllus *Cor.* o. *Filam.* An-
thera multiloculari.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 4-
gonum. *Caps.* 4-locularis.

† 5. CATHETUS.

Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* An-
theris 3.
Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styl.* *Sti-
gmatibus* 3. *Caps.* 3-locularis, 2-sperma.

† 6. STEPHANIA.

Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* o. *Filam.* An-
thera coronariæ.
Fœm. *Cal.* 6-phyllus *Cor.* o. *Stigm.* se-
file. *Bacca* 1-sperma.

D I A N D R I A .

7. SALIX.

Masc. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o. *Stam.*
2, raro. 5.
Fœm. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o. *Sty-
gm.* 2. *Caps.* 2-valvis. *Sem.* papposa.

† 8. TRIADICA.

Masc. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Filam.* planum.
Fœm. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styl.* *Stigm.*
3.

† 9. TETRAPILUS.

3. *Bacca* 3-locularis, 1-perma.
Masc. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis.

T R I A N D R I A.

10. EXCECARIA.

Masc. *Cal.* Amenti squama. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* ut *Masculi*. *Cor.* o. *Stigmata* 3. *Caps.* 3-cocca.

11. CATURUS.

Masc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.
Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Caps.* 3-cocca.

† 12. EBENOXYLUM.

Masc. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala. *Stylus* 1. *Bacca* 3-sperma.

13. PHÆNIX PALMA.

Masc. *Cal.* 3-part. *Cor.* 3-petala.
Fœm. *Cal.* 3-part. *Cor.* 3-petala. *Pist.* 1. *Drupa* 1-sperma.

T E T R A N D R I A.

† 14. STREBLUS.

Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2-partitus. *Bacca* 2-locularis.

P E N T A N D R I A.

15. PISTACIA.

Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Styli.* 3. *Drupa* sicca.

16. CANNABIS.

Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 3. *Nux.*

17. SPINACIA.

Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Styli* 4. *Sem.* 1, calycinum.

18. ANTIDESMA.

Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Stigmata* 5. *Bacca* 1-sperma.
Gggg ii

H E X A N D R I A.

19. BORASSUS PALMA. Masc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala.
 Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Stigma* 3-gonum. *Drupa* 3-sperma.
- † 20. LIMACIA. Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 3-petala.
 Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala.
Stigm. 3. *Drupa*: nuce cocheatâ.
- † 21. PSELIUM. Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 6-petala.
 Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Stigma* 4-fidum. *Drupa*: nuce armillari.
22. SMILAX. Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0.
 Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3.
Bacca supera, 3-locularis.
23. DIOSCOREA. Masc. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0.
 Fœm. *Cal.* 6-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 3.
Caps. supera, 3-locularis.
24. FIBRAUREA. Masc. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala.
 Fœm. *Cal.* 0. *Cor.* 6-petala. *Stigma* 3.
Baccae 3, 1-spermæ.

O C T A N D R I A.

25. RHODIOLA. Masc. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala.
 Fœm. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Pist.* 4
Caps. 4, polyspermæ.
- E N N E A N D R I A.
26. MERCURIALIS. Masc. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 9-12.
 Fœm. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 0. *Styli* 2.
Caps. 2-cocca.

D E C A N D R I A.

27. CARICA. Masc. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida.
 Fœm. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-partita. *Stigm.* 5.
Bacca polysperma.

D O D E C A N D R I A.

28. EUCLEA. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.*
 15. Fœm. *Cal.*, & *Cor.* Masculi. *Styli* 2.

P O L Y A N D R I A.

- † 29. ABUTUA. Masc. *Cal.* vaginans Amentum. *Cor.* o.
Stam. 20. Fœm. *Cal.* ut Masculi. *Cor.* o. *Pist.* 6-8. *Glandes* totidem.

30. CYCAS PALMA. Masc. *Cal.* *Spadicis* squama imbricata.
Cor. o. *Antheræ* plusquam 100, globosæ.
 Fœm. *Spadix* filiformis. *Cor.* o. *Pist.* 1.
Drupa ovata, 1-sperma.

- † 31. ECHINUS. Masc. *Cal.* laciñiatus. *Cor.* o. *Stam.* 30.
 Fœm. *Cal.* 5-6-fidus. *Cor.* o. *Pist.* 2. *Capsulæ* 2, 1-spermæ.

- † 32. STIGMAROTA. Masc. *Cal.* 4-5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 30.
 Fœm. *Cal.* 5-6-partitus. *Cor.* o. *Stigma* 6-fidum : *Bacca* 6-sperma.

- † 33. MALLOTUS. Masc. *Cal.* 3-phyllo. *Cor.* o. *Stam.* plurima.
 Fœm. *Cal.* 3-phyllo. *Cor.* o. *Stigm.* 3. *Caps.* 3-locularis, 1-sperma.

M O N A D E L P H I A.

34. JUNIPERUS. Masc. *Ament.* *Cor.* o. *Stam.* 3.
 Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 3. *Bacca calycina*, 3-sperma.

P O L Y A D E L P H I A.

- † 35. HOMONOIA. Masc. *Cal.* Amenti squamæ 3. *Perianthium* 3-phyllo. *Cor.* o. *Stam.* 200 in 20 fasciculis.
 Fœm. *Cal.* Amenti squama polyfida. *Perianth.*

riantb., & *Cor. o.* *Stigm.* 3. *Caps.* 3-
locularis: 1-sperma.

† 36. SFBIFERA.

Masc. *Cal.* 4-phyllus. *Cor. o.* *Stam.* 100
in 10 fasciculis.

Fœm. *Cal.* 4-phyllus. *Cor. o.* *Pist.* 10.
Baccæ totidem, 1-spermæ.

G Y N A N D R I A.

37. CLUTIA

Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5.
Fœm. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Sty-
li* 3. *Caps.* 3-cocca.

* *Incerti adhuc Ordinis.*

† 38. RESTIARIA.

Masc?

Fœm. *Cal.* 3-fidus, capsularis. *Cor. o.* *Sti-
gma* concavum. *Caps.* 5-nervis, 2-locu-
laris, polysperma.

M O D U L A T I O N E

MONANDRIA.

GENUS I. PANDANUS.

Char. Gen. Masc. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anthera* sessilis, ramificationibus thyrsi inserta.

Fœm. *Cal.* o. *Cor.* o. *Stigmata* 2. *Fructus* compositus.
Linn. Jun. suppl. pl. pag. 64. G. 1430.

Sp. 1. PANDANUS ODORATISSIMUS. a Cây Júia. & . . .

Differ. spec. Pand. *foliis* margine, dorsoque aculeatis : *fructu* solitario.

Habitus, & notæ. *Caulis* fruticosus, 8-pedalis, *crus* crassus, teres, inermis, inclinatus, *anulis* a foliorum casu notatus : *radice* multiplici, arcuatâ, supra terram prominentem : *ramis* paucis, tortuosis, patentibus, proliferis. *Folia* amplexicaulia, trifariam imbricata, 3 pedes longa, subulata, canaliculata, margine, ac dorso spinosa, glabra, cinereo-glaуca, patentia. *Flos* Dioicus, terminalis : *Masculus* racemis magnis, compositis, oblongis, laxis : partialibus suffultis bracteâ candidâ, ciliato-spinosâ, foliorum simili. *Calyx*, & *corolla* nulli. *Filamentum* 1, filiforme, breve : *anthera* liniari, acutâ, biloculari, nutante. *Racemus* totus albus, odoratissimus. *Fœmineus* flos Germinibus in globum aggregatis : *calyce*, *corollâ*, & *stylo* nullis : *stigmate* bifido. *Pericarpium* bacca solitaria, tuberculosa, rubra, Bromeliam referens, composita ex bacculis compresso-angulatis, lignoso-fibrosis, luteis, inodoris, non effluentis : *Semine* 1, oblongo, glabro, parvo. *Fructus* totus semi-pedalis, nunc sub-rotundus, nunc oblongus, vel ovatus.

Habitat agrestis in Cochinchinâ, & Chinâ : colitur etiam ad ducas das sepes agrorum, & viarum, ad pascendosque elephantes domesticos : amat loca arenosa.

Ananás sylvestris. Acosta Arom. apud Clus. cap. 45. pag. 285. Keura Odorifera. Forsk. Arab. Centur. 6. pag. 172. Pandanus Verus, & Spurius. Rumph. Amb. 1. 6. cap. 80, 81. tab. 74, 75. Frutex Indicus fructu aggregato Conoide Kaide dictus. Ray. Hist. pl. pag. 1442.

Observ. Odor floris Masculi, qui in Cochinchinâ non magni habetur, ut in Arabiâ, teste Forskolio, valde intensus, & persistens. Fructus, præcipue immaturi vis Emmenagogâ, & Abortiva : non tamens lactescens.

† Sp. 2. PANDANUS HUMILIS. a Jia rang.

Differ. spec. Pand. *foliis* margine, dorsoque aculeatis : *fructu* racemo : *radice* repente.

Hab.,

Hab. , & notæ. *Caulis* fruticosus , 3-pedalis , sub-erectus , plerumque cespitosus , radice repente. *Folia* subulata , stricta , curva , margine , ac dorso spinosa , glabra , fusco-viridia , sequipedalia , sessilia , ad apicem caulis congesta. *Flos* Dioicus , terminalis , uterque carens calyce , & corollâ : *Masculus* thyrsi oblongo , distincto bracteis partialibus , albis , brevibus , subulatis , spinulosis : *Famineus* in diversos globulos aggregatus. *Fruetus* 6-8 , bipollicares , ovati , tuberculosi , rubri , duri , compositi ex bacculis angulatis , i-permis. *Stamina* , & *Stigmata* solitaria. *Flores* inodori.

Habitat agrestis in Cochinchinâ : amat loca montana , & petrofa. *Pandanus Humilis*. Rhumph. Amb. I. 6. cap. 82. tab. 76. Kada taddi ? Rheed. Malab. tom. 2. fig. 6.

† Sp. 3. PANDANUS LÆVIS. α Lá buon : Lá khai.

Differ. spec. Pand. *foliis* longissimis , dorso inermibus : *fruetu* solitario.

Hab. & notæ. *Frutex* caule crasso , brevi , ramoso , sparsim aculeato. *Folia* 6-pedalia , subulata , canaliculata , dorso inermia , glabra , pallida , crassiuscula , tenacissima , longè acuminata , fasciculata. *Flos* Dioicus , terminalis , calyce , & corollâ nullis : *Masculus* racemis compositis , bracteatis , oblongis , lutescentibus , odoriferis. *Famineus* aggregatus. *Fruetus* ovatus , parvus , solitarius , ruber , tuberosus , compositus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ : amat loca deserta.

Pandanus Moschatus , seu lævis. Rhumph. Amb. I. 6. c. 85. pag. 147. Usus. *Folia* hujus plantæ alba , & nitida , longæque durationis pulchrè aptantur ad indigenis ad erigenda dissepimenta cubilium intra domos.

† GENUS II. KNEMA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. nullus.

Cor. Monopetala , carnosa : tubo crasso , brevi : limbo 3-fido connivente , laciniis acutis , exterius lanosis.

Stam. Filamentum 1 , breve , turbinatum. Antheræ 10-12 , ovatae , bilobulares , circa apicem Filamenti horizontaliter expansæ.

* *Faminei flores* in distinctâ plantâ.

Cal. Perianthium inferum , brevissimum , sub-truncatum , persistens.

Cor. ut *Masculi*.

Pist. Germen sub-rotundum , pilosum. Stylus nullus. Stigma laciniatum , erectum.

Perie.

Peric. Bacca ovata, succosa, 1-sperma.
Sem. ovatum, arillatum.

Nom. (Κύρην radius rotæ) ab antheris in formam radiorum stellatis.

Char. Gen. Masc. Cal. o. Cor. 3-fida. Antheræ circa filamentum stellatae.

Fœm. Cal. sub-truncatus. Cor. 3-fida. Stigma 1. Baccæ supera, 1-sperma.

† Sp. 1. KNEMA CORTICOSA. a Cay Mau chô. Differ spec. Kn. foliis lanceolatis, integerrimis, alternis: pedunculis polyfloris, lateralibus.

Hab. Arbor magna: cortice crasso, fusco-rubro: ramis ascendentibus. Folia lanceolata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. Flos uterque sub-terminalis, pedunculis polyfloris. Corolla exterior fusca, interius luteo-rubra. Baccæ parva, pulpâ succosâ, rubrâ. Habitat in sylvis Cochinchinæ.

GENUS III. COMMIA.

Descriptio Naturalis.

* Masculi flores, amentis brevibus, axillaribus.

Cal. Amentum filiforme, squamis obtusis, imbricatis, astrictis. Perianthium nullum.

Cor. nulla.

Stam. Filamentum 1, breve. Anthera sub-rotunda, multilocularis.

* Feminei flores in distinctâ plantâ.

Cal. Perianthium 3-phylum, breve, inferum, persistens, foliolis acutis.

Cor. nulla.

Pist. Gerinen sub-rotundum. Styli 3, reflexi, breves. Stigmata crassula.

Peric. Capsula 3-loba, 3-locularis, 1-sperma: loculis interius hiantibus. Sem. sub-rotunda.

Nom. (Κύρην gummi) ex abundantiâ humoris resinoso-gummosi, quo hæc arbor scatet.

Char. Gen. Masc. Cal. Amenti squama. Cor. o. Filam. antherâ multiloculari.

Hhhh

Fœm.

Fœm. Cal. 3-phyllo. Cor. o. Styli 3. Caps. 3-locularis,
1-sperma.

† Sp. 1. COMMIA COCHINCHINENSIS. a Cay San già.
Differ. spec. Com. foliis lanceolatis, integerrinis, incurvis, reflexis.
Hab., & notæ. Arbor mediocris, ramis expansis. Folia lanceolata,
integerrima, glabra, incurva, reflexa, alterna. Flos Fœmineus ra-
cemis oblongis, parvis, multis, sub-terminalibus: *Masculi* amen-
tis brevibus, axillaribus.

Habitat agrestis prope litora in Cochinchinâ.

Virtus: Gummi albi, tenacis ex arbore manantis. Emetica, Purgans,
Deobstruens. Prudenter administrata valet in rebelli hydrope, & ob-
structionibus.

† GENUS IV. PHYLLAMPHORA

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 4-partitum: laciniis ovatis, coloratis, patentibus,
persistentibus, in senectute reflexis.

Cor. nulla.

Stam. Filamentum 1, filiforme, calyce brevius. Anthera sub-rotun-
da, magna, multilocularis: vel, si velis, Antheræ 6-8, vertica-
liter in unum coalitæ.

* *Fœminei flores* in distinctâ plantâ.

Cal. ut *Masculi*.

Cor. nulla.

Pist. Germen superum, ovato-oblongum, 4-falcum. Stylus nullus. Sti-
gma 1, sub-orbiculatum, 4-gonum, 4-falcum.

Peric. Capsula oblongo-ovata, 4-gona, tomentosa, 4-locularis, 4-val-
vis, polysperma.

Sem. Scobiformia, plurima.

Nom. Phyllamphoram, seu folii amphoram nominavi ob vasa illa
mirabilia ex singulis foliis pendentia.

Char. Gen. Masc. Cal. 4-partitus. Cor. o. Filam. 1: Anthera mul-
tiloculari.

Fœm. Cal. 4-partitus, inferus. Cor. o. Stigma 4-fulca-
tum. Caps. 4-locularis, polysperma.

Sp. 1. PHYLLAMPHORA MIRABILIS. a Cay Náp am.

Differ.

Differ. spec. Phyl. foliis canthariferis, in petiolos decurrentibus: *spicula* simplici, terminali.

Hab. *Caulis* suffruticosus, 3-pedalis, simplicissimus, erectus, teres, crassus, laevis. *Folia* oblonga, utrinque sub-acuta, integerrima, glabra, lineato-venosa, fusco-viridia, alterna, decurrentia in petiolos longos, semiamplexicaules. *Flos* Dioicus, uterque terminalis. *spicula* longa, simplicissima, solitaria: *calycibus* pedunculatis, rubris, crassis: capsulis parvis. *Folia* singula terminantur cirrho longo, in medio spiraliter convoluto, inde demisso, sustinente vas quoddam, oblongum, ventricosum, labio tereti, prominente marginatum, instructum operculo ad latus annexo, quod ex suapte natura libere aperitur, & clauditur, ut ros accipiat, ac servet. Mirum opus Divini Conditoris!

Habitat loca humida, & agrestia Cochinchinæ: nec facile cicurari, & coli potest, ut ipse, & ante me Rumphius experti sumus.

Observ. Nepenthes Destillatoria (Lin. G. 1107. sy. pl. 4. pag. 45.) eadem videtur esse, sed nec classe, nec ordine cum nostrâ convenit. Burmannus (Zeyl. pag. 42. tab. 17.) eam repræsentat foliis sessilibus, & flore racemoſo, sive paniculato, pedunculis subdivisis: similiter etiam Plukenetius. (tab. 237. fig. 3.), eoque habitu a nostrâ differunt, nec scire possumus, an charactere essentiali etiam differant. Rumphius, qui plantam viventem tractavit, illam exponit (Amb. I. c. 61. tab. 59. fig. 2.) foliis, & flore nostræ magis similem, dissimilem vero radice repente, & ramis scandentibus.

† GENUS V. CATHETUS.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 6-phylum: foliolis sub-rotundis, concavis, patentibus, tribus exterioribus minoribus.

Cor. nulla. Nectarium glandulis 6, sub-rotundis, 2-natis

Stam. Filamentum 1, crassum, calyce brevius. Antheræ 3, ovales, 2-loculares, ad angulum rectum filamento insertæ.

* *Fæminei flores* in distinctâ plantâ.

Cal. Perianthium 6-partitum, inferum: laciniis sub-rotundis, concavis, patentibus.

Cor. nulla.

Pist. Germen sub-rotundum. Stylus crassus, calyce sub-brevior. Stigmata 3, bifida: laciniis subulatis, reflexis.

Peric. Capsula compresso-rotunda, 6-loba, 3-locularis 2-sperma.

Sem. intus angulata, exterius convexa.

Hhlii ii

Nom.

Nom. ($\kappa\alpha\theta\epsilon\tau\sigma$ perpendiculum) ob Antheras ad filamentum perpendicularares.

Char. Gen. Masc. Cal. 6-phyllo. Cor. o. Filam. Antheris 3, normalibus.

Fœm. Cal. 6-partitus. Cor. o. Stylus stigmatibus 3. Caps. 3-locularis, 2-sperma.

[†] Sp. 1. CATHETUS FASCICULATA. α Choi dec.

Differ. spec. Cath. foliis fasciculatis: floribus solitariis, axillaribus.

Hab. Frutex 3-pedalis, caule erecto, multiplici: ramis ascendentibus. Folia ovata, integerrima, plana, glabra, minuta, fasciculata. Flos uterque axillaris, solitarius, minusculus.

Habitat agrestis in collibus Cochinchinæ.

† GENUS VI. STEPHANIA.

Descriptio Naturalis.

* Masculi flores.

Cal. Perianthium 6-phylum: foliolis sub-acutis, patentibus, tribus alternis minoribus.

Cor. nulla. Nectarium 3-phylum, obtusum, minusculum, corollam dicas, si velis.

Stam. Filamentum 1, calici æquale, apice crassum, truncatum. Anthera 1, circularis, caput filamenti coronans.

* Feminei flores in distinctâ plantâ.

Cal. ut Masculi.

Cor. nulla.

Pist. Germen ovatum, superum. Stylus nullus. Stigma longiusculum, erectum.

Peric. Bacca ovata, 1-sperma, minima.

Nom. ($\Sigma\tau\epsilon\gamma\mu\nu$ corona) ab Antherâ in formam coronæ aureæ caput filamenti circumdante.

Char. Gen. Masc. Cal. 6-phyllo. Cor. o. Filam. Antherâ circulari.

Fœm. Cal. 6-phyllo. Cor. o. Stigma integrum. Bacca 1-sperma.

[†] Sp. 1. STEPHANIA ROTUNDA. α Cu môt: Tu nhien.

Differ. spec. Steph. caule volubili: foliis peltatis, sub-rotundis: umbellis compositis.

Hab.

Hab. *Caulis* fruticosus, volubilis, sub-simplex, longissimus, teres, inermis, glaber. *Radix* tuber magnum, sub-rotundum, rugosum, fuscum, radiculâ filiformi, verticali, longâ, terram perforans, ipsum foris eminens. *Folia* peltata, trigono-rotunda, acuta, repanda, glabra, alterna, petiolata. *Flos* umbellis compositis, lateralibus: noctario luteo. Tuber amarissimum, formâ, & virtute Aristolochiæ rotundæ æmulum.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. STEPHANIA LONGA. & Beei moi tlo. Differ. spec. Steph. *caule* volubili: *foliis* peltatis, oblongis: *capitulis* lateralibus.

Hab. *Caulis* fruticosus, volubilis, tenuis, inermis, ramosus. *Folia* peltata, trigono-oblonga, integerrima, glabra. *Flos* albicans, lateralis, sessilis, capitulis minutis. *Radix* longissima, filiformis, repens radiculis paucis, invicem distantibus.

Habitat sepes arundinum in Cochinchinâ.

DIANDRIA.

GENUS VII. SALIX.

Char. Gen. Masc. *Amenti* squamæ. *Cor.* o. *Glandula* baseos nectariifera.

Fœm. *Amenti* squamæ. *Cor.* o. *Stylus* 2-fidus. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis. *Sem.* papposa. Lin. Sy. pl. G. 1201.

Sp. 1. SALIX BABILONICA. § Liêu xú. a Cây Lieu lá tle.

Differ. spec. Sal. *foliis* serratis, glabris, linear-lanceolatis: *ramis* pendulis. Lin. sp. 10.

Hab., & notæ. *Arbor* mediocris, caule, & ramis incompositis: *flagellis* longis, tenuibus, pendulis. *Folia* linear-lanceolata, minutè ferrata, utrinque glabra, alterna, petiolis brevibus. *Flos* Dioicus, amentis oblongis axillaribus, parvis, squamis ovatis, concavis, pilosis, 1-floris. *Filamenta* 2, squamâ amenti longiora: *glandulis* binis, ovatis, erectis, basi adnatis. *Fæminei* floris amentum simile. *Stylus* 2-fidus. *Capsula* 1-locularis, polysperma.

Habitat frequens in Chinâ: colitur rarius in Cochinchinâ.

Hortus Cliffort. pag. 454. *Salix Orientalis*, flagellis deorsum pulchre pendentibus. Tournef. Inst. Cor. pag. 41. Fortasse specie non differt a *Salice Japonicâ*. Kœmpf. Amoen. pag. 908. Thunb. Jap. pag. 24.

Quæ Japonicæ vulgo dicitur *Anjaki*: ramosque producit flexuosos, non pendulos.

Virtus.

Virtus. In Medicinâ Sinensi ejus flores, & teneriores rāmuli censentur prodesse contra phthisim, & febres lentes: externè contra ulcera, pustulas, odontalgiam. Quæ ipse non probavi.

† GENUS VIII. TRIADICA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Amentum filiforme, nudum, longum, distinctum tuberculis polyfloris. Perianthium proprium 3-fidum, minimum, campanulatum. Cor. nulla.

Stam. Filamenta 2, plana, brevissima. Antheræ planiusculæ, 2-lobæ, lobis lateraliter dehiscentibus.

* *Fæminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. Amentum, & Perianthium ut Masculi.

Cor. nulla.

Pist. Germen sub-rotundum, superum. Stylus crassus, brevis. Stigma 3, oblonga, erecta.

Peric. Bacca sub-rotunda, 3-loba, exsucca, 3-locularis, 1-sperma.

Sem. sub-rotunda.

Nom. (*Triaños ternarius*) a numero ternario, quo pleræque floris partes distinguntur.

Char. Gen. Masc. Cal. 3-fidus. Cor. o.

Fœm. Cal. 3-fidus. Cor. o. Stigm. 3. Bacca 3-locularis, 1-sperma.

† Sp. 1. TRIADICA COCHINCHINENSIS. & Cây Soi tiá: Cây Cha dam. Differ. spec. Tri. foliis ovatis, integerrimis, obtusis.

Hab. Arbor magna, ramis patentibus. Folia ovata, integerrima, glabra, alterna: petiolis longis, rubris. Flos sub-terminalis. Bacca parva, fuscoviridis. Habitat in fylvis Cochinchinæ.

† Sp. 2. TRIADICA SINENSIS. & Khau mö.

Differ. spec. Tri. foliis sub-rotundis, integerrimis, acuminatis. Hab., & notæ. Arbor magna, ramis patentibus. Folia sub-rotunda, acuminata, integerrima, glabra, alterna, petiolata. Flos Dioicus, amentis filiformibus, subterminalibus. *Masculi calyx* 4-fidus, erectus: *corolla* nulla: *filamenta* 2, calyci æqualia: *antheræ* lobis binis, sub-rotundis. *Fæminei calyx* 4-phylloides, acutus: *corolla* nulla:

la : *Stigma* 3-fidum. *Bacca* 3-locularis, 1-sperma. *Semina* sub-rotunda, arillata.

Habitat agrestis circa Cantonem Sinarum.

+ GENUS IX. TETRAPILUS.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium campanulatum, 4-fidum, minimum, persistens : laciniis acutis. Cor. campanulata : tubo brevi, 4-fulco : limbo 4-fido, laciniis plicato-cucullatis. Stam. Filamenta 2, crassa, brevia. Antheræ ovatae, 2-loculares, stantes.

* *Fæminei flores in aliâ plantâ.*

Cal. ut *Masc.* Cor. ut *Masc.* Pist. Germen ovatum. Stylus crassus, brevissimus. *Stigma* crassiusculum, 2-fidum.

Peric. *Bacca* ovata, parva, 2-locularis, polysperma.

Sem. sub-rotunda, pauca.

Nom. (*Πύλος* cucullus) a 4 cucullis laciniarum *Corollæ*.

Char. Gen. *Masc.* Cal. 4-fidus Cor. 4-fida.

Fœm. Cal. 4-fidus Cor. 4-fida. *Stigma* 2-fidum. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

† Sp. I. TETRAPILUS BRACHIATUS. a Cay Cau.

Differ. spec. Tetr. *ramis* brachiatis : *foliis* ovato-lanceolatis : *racemis* axillaribus.

Hab. *Arbuscula* 5-pedalis : *ramis* patentibus, brachiatis. *Folia* ovato-lanceolata, sub-ferrata, incurva, glabra, opposita. *Flos* albus, parvus, racemis brevibus, axillaribus.

Habitat in dumetis Cochinchinæ.

TRIANDRIA.

GENUS X. EXCŒCARIA.

Char. Gen. Masc. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o.

Fœm. *Amentum* nudum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Styli* 3. *Caps.* 3-cocca. *Lin.* sy. pl. G. 1205.

† S. IV. EXCŒCARIA COCHINCHINENSIS. & Cay Lico do. 4.

Differ. spec. *Exc. foliis* bicoloribus, nitidis : *squamis* Amenti polyfloris.

Hab., & notæ. *Frutex* arboreus, 8-pedalis : *caule*, & *ramis* incompositis, patentibus, reclinatis. *Folia* lanceolata, leviter ferrata, petiolata, opposita, sparsaque, paginâ superiore obscuro-viridi, inferiore ruberrimâ, utrâque nitidâ. *Flos* Dioicus, squamis amenti polyfloris, imbricatis, sub-terminalibus : *calyce*, & *corollâ* nullis. *Masculi* Filamenta 3. *Fæminei* stigmata 3, longa, subulata, reflexa. *Capsula* 3-loba, sub-carnosa, rubra, parva, 3-locularis, 3-valvis, 1-sperma : *seminibus* ovatis, lœvibus. Tota planta manat lacte glutinoso. Excoecare non audivi: nec Agallochum, quanvis spurium, in illâ inveniri. Pollet virtute Astringente, & Agglutinante.

Habitat in Cochinchinâ, & Chinâ, ubi colitur propter foliorum rubrorum pulchritudinem.

Arbor Excoecans, prout a Rumphio describitur, & pingitur (Amb. 1. 3. cap. 36. tab. 79, 80) videtur specie differre.

GENUS XI. CATORUS.

Char. Gen. Masc. *Cal.* o. *Cor.* 3-fida.

Fœm. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Caps.* 3-cocca. *Lin.* sy. pl. G. 1206.

† Sp. I. CATORUS SCANDENS. & Cay Di gîci.

Differ. spec. *Cat. spicis* axillaribus, erectis : *foliis* oblongis, sub-serratis : *caule* scandente.

Hab., & notæ. *Frutex* inermis, *caule* longo, scandente, acirro, ramoso. *Folia* oblonga, acuminata, sub-serrata, incurva, venosa, glabra, alterna. *Flos* albus, minusculus, spicis densis, brevibus, axillaribus, bracteis subulatis, parvis. *Flos* *Masculus* *Calycem* nullo. *Corolla* petala 3, ovata, concava, minima. *Filamenta* 3, petalis longiora, cum ipsis elasticè desilientia. *Anteræ* sub-rotundæ. *Fæmineum* florem non vidi.

Habi-

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† G E N U S XII. E B E N O X Y L U M.

Char. Gen. Masc. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala.

Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 3-petala. *Nectarium* stellatum. *Stylus*
1. *Bacca* 3-sperma.

† Sp. 1. EBENOXYLUM VERUM. a Cây Mun. Ô moue. & U muen mō.
Differ. spec. Eb. *foliis* lanceolatis, integerrimis, sparsis: *pedunculis*
polyfloris, *terminalibus*.

Hab., & notæ. Arbor alta, ramis ascendentibus: *cortice* scabro, vi-
ridi-fusco: *ligni* alburno crasso, gravi, candido, æquali: corde
nigerrimo, gravissimo, æqualissimo. *Folia* lanceolata, latiuscula,
integerrima, glabra, nitida, fusco-virentia, parva, plana, dura,
petiolata, sparsa. *Flos* albus, *pedunculis* polyfloris, *terminalibus*.
Calyx nullus. *Corolla* petala 3, longiuscula, acuta, incurva, sub-
patentia. *Stylus* 1, brevis. *Bacca* parva, rubro-lutea, ovata, sub-
acuta, glabra, 1-locularis, 3-sperma: *seminibus* oblongis, angulatis.

Habitat vastas sylvas Cochinchinæ, maximè prope confinia Cambo-
diæ ad 11 gradum latitudinis Borealis, ubi has arbores iterato vi-
di, sed tunc minus cogitans de Botanicâ flores non collègi.

Ebenus: Caju Arang. Rumph. Amb. I. 4. cap. 1. tab. 1. Aublet.
Guian. tom. 2. pag. 141. Ubi referens plantas herbarii Amboinen-
sis, quæ simul in insulâ Franciæ nascuntur, inter eas numerat Ebe-
num nigram, seu veram, quam dicit esse Dioicam, cum Rumphius
tacuisset.

Observ. Cum antea in Cochinchinâ flores Ebenoxyli invisos præteri-
issim, posteaque tam ibi, quam in Africâ Orientali quæsitos ob-
tinere non potuisse, veridico Authori, & oculari testi Rumphio
debui fidere; ex eoque excépi notas Genericas hic expositas, &
quia de numero staminum non clarè loquitur, suspicatus sum ea
esse tria, donec certiora habeamus. Linnæus Junior (suppl. pl.
pag. 440) suadentibus Königio, & Thunbergio existimat Verum li-
gnum Ebenum speciem esse Diospyri, quam ibi describit sub no-
mine Diospyri Ebeni. Ab istâ descriptione non multum abhorret
Diospyros nostra Decandra (supra Claf. 8. G. 3. sp. 4.) Quæ ea-
dem est Hebenaster Lolin. Rumph. Amb. I. 4. cap. 5. tab. 6.; sed
Diospyros, quamvis habeat venas, & aliquando etiam cor ni-
grum, pro Ebeno vero non habetur tam ab Europæis, quam ab
indigenis. In Cochinchinâ aliæ inveniuntur arbores, quarum lignum
similiter ex naturâ suâ nigrum est: aliæ referuntur a Rumphio:
sed Ebenoxylum non sunt.

Usus. Nigredine, & nitore excellit in scriniis, & minoribus operibus, præsertim, quando ebure, vel margaritarum conchis discernitur.

Virt. ligni in decocto. Attenuans, Mundificans, Diaphoretica. Prodest maximè in Rheumatismo, & doloribus vagis. Vim Guajaci emulam in illo expertus est Grimmius; apud Burm. Zeyl. pag. 91. Quam simul propriâ experientiâ comprobavi.

GENUS. XIII. PHÆNIX PALM A.

Char. Gen. Masc. Cal. 3-partitus. Cor. 3-petala. Stam. 3.

Fœm. Cal. 3-partitus. Cor. 3-petala. Pist. 1. Drupa ovata. Lin. sy. pl. G. 1339.

† Sp. 1. PHÆNIX PUSILLA. a Cay Cha la.

Differ. spec. Phœn. floribus hexandris: caule humili.

Hab., & notæ. *Palma caule* 2-pedali, crasso, scabro. *Frondes* 6-petales, inernes, pinnatae, reclinatae: *foliolis* longis, subulatis, platicatis, lævibus. *Flor Dioicus*: spathâ universali, polyvalvi: *spadice* erecto, brevi, corymboso. *Calyx* utriusque 3-partitus, brevissimus. *Corolla* petala 3, ovato-oblonga, curva, patentia. *Masculi Filamenta* nulla. *Antheræ* 6, oblongæ, corollæ æquales. *Fæminei stylus* brevis: *Stigmate* simplici. *Drupa* ovata, 4 lineas longa, carnosa, nigra, lævis, dulcis: *nucleo* simplici oblongo, solido, corneo: hinc fulco longitudinali, inde parvo circulo notato.

Habitat agrestis in montibus Côn mít, 6 leucis distantibus a metropoli Cochinchinæ Huæá. Amat loca petrosa prope rivos.

Palma Daëtylifera, minor, humilis, sylvestris: fructu minore. Burm. Zeyl. pag. 183. Herm. Parad. Bat. pag. 361. Kämpf. Amæn. Exot. pag. 667.

TETRANDRIA.

† GENUS XIV. STREBLUS.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. Perianthium 4-phylum: foliolis ovatis, concavis, patentibus. Cor. nulla.

Stam. Fillamenta 4, capillaria, flexuosa, calyce longiora. Antheræ biloculares, sub-rotundæ.

* *Fæminei flores* in distinctâ plantâ.

Cal. ut *Masculi*, persistens.

Cor.

Cor. nulla.

Pist. Germen sub-rotundum, superum. Stylus longus, profundè bipartitus. Stigmata simplicia.

Peric. Bacca sub-rotunda, biloba, 2-locularis, 1-sperma.

Sem. Ovata, solitaria.

Nom. (Στρεβλός tortuosus) ab arboris ramis nimis distortis.

Char. Gen. Masc. Cal. 4-phillus. Cor. o.

Fœm. Cal. 4-phillus Cor. o. Stylus 2-partitus. Baccæ 2-locularis, 1-sperma.

† Sp. 1. STREBLUS ASPER. a Cây Deô duối.

Differ. spec. Streb. *foliis ovatis, asperis: floribus sparsis.*

Hab. *Arbor magna: ramis valde tortuosis, patentibus: ramulis brevissimis. Folia ovata, integerrima, aspera, alterna. Flos Masculus capitulis multis, parvis, pedunculatis, sparsis. Fœmineus pedunculis, 1-floris solitariis, sparsis.*

Habitat in sylvis montanis Cochinchinæ.

† Sp. 2. STREBLUS CORDATUS. a Tlong Xú.

Differ. spec. Streb. *foliis cordatis, serratis, nervosis.*

Hab., & notæ. *Arbor mediocris: ramis patentibus. Folia cordata; acuta, serrata, nervosa, alterna. Flos Dioicus. Masculus racemis simplicibus, conicis, lateralibus, parvis, multis. Calyx 4-phillus, patens, foliolis ovatis, sub-acutis, concavis. Cor. nulla. Filamenta 4, planiuscula, calyce longiora. Antheræ cochleatæ, biloculares. Fœmineum florem non inveni.*

Habitat circa Cantonem Sinarum.

PENTANDRIA.

GENUS XV. PISTACIA.

Char. Gen. Masc. *Ament. Cal. 5-fidus. Cor. o.*

Fœm. *distincta. Cal. 3-fidus. Cor. o. Styli 3. Drupa 1-sperma. Lin. syst. pl. G. 1212.*

† Sp. 1. PISTACIA OLEOSA. a Cây Deau Truông.

Differ. spec. Pist. *foliis incomptè pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis.*

Hab., & notæ. *Arbor supra mediocrem, ramis obliquis. Folia saepe cum impari, saepe etiam abruptè pinnata, 2-3-juga: foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis, saepius oppositis, interdum sparsis,*

glabris, lætè virentibus, petiolis brevibus. *Flos* uterque lateralis : *Masculus* amentis filiformibus : *calyce* 5-partito : *corollâ* nullâ : *staminibus* 5. *Fæmineus* pedunculis polyfloris. *Drupa* sub-rotunda, semipollicaris, scabra, lutea, succosa : *nuce* lævi, 1-loculari.
Habitat agrestis, cultaque in Cochinchinâ.

Cussambium. Rumph. Amb. I. 1. cap. 47. tab. 57. Pistacia Itsionoki (Kœmpf. Hist. Jap. pag. 101., & Amæn. Exot. pag. 812.) ex cuius nucibus ibi dicitur multum oleum extrahi ad varios usus idoneum, an eadem est arbor?

Uſus. Druparum nuclei redundant oleo flavo, tenui, odoro, subamaro, quod diu servatum crassescit quidem, sed non rancescit, nec suavitatem nativi odoris amittit; ideo vel eo simplici ungunt capita indigenæ, vel alia unguenta aromatica componunt. Internè sumptum est etiam gratum, & salubre. Quamvis hæc arbor sit Terebintho ſimilis, nunquam audivi resinam ex eâ fluere, vel oleum tenax fieri.

GENUS XVI. CANNABIS.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.

Fœm. *Cal.* 1-phyllus, integer, latere hians. *Cor.* o. *Styli* 2. *Nux* 2-valvis, intra calycem clausum. Lin. Sy. pl. G. 1220.

Sp. 1. CANNABIS SATIVA. *Ma* fuēn : Chū tsao.

Differ. spec. Can. *foliis* digitatis. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, 6-pedalis, erectus, sub-quadragonus, pallidus, simplex, parum ramosus. *Folia* digitata, sub-quinata, foliolis lanceolatis, ferratis, subtus pubescentibus, inæqualibus : *petiolis* communibus longis, sparsis. *Flos* Dioicus, apetalus, lateralis, & terminalis : *pedunculis* polyfloris.

Habitat culta in variis locis imperii Sinensis.

Gmel. Sibir. 3. pag. 104. Bangue. Garc. Arom. I. 2. c. 25. Cannabis Indica. Rumph. Amb. I. 8. c. 34. tab. 77.

Uſus. Ex cortice caulis diducuntur fila pro texendis telis, & torquendis funibus : non tamen abundanter, ut in Europâ. Folia cum Tabaco mixta, vel aliter præparata fictam quamdam lætitiam, potius stuporem, & temulentiam afferunt, si eorum fumus ore excipiatur.

GENUS XVII. SPINACIA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o.

Fœm. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* o. *Styli* 4. *Sem.* 1, intra calycem induratum. Lin. sy. pl. G. 1218.

Sp. 1. SPINACIA OLERACEA. § . . .

Differ. spec. Spin. *fructibus* sessilibus. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Caulis* annuus, sesquipedalis, sub-erectus, inanis; lœvis, ramosus. *Folia* hastato-sinuata, glabra, sparsa, petiolis longis. *Flos* Dioicus, apetalus: *Masculus* spicis terminalibus, staminibus 5: *Fæmineus* lateralis, sub-terminalis, glomeratus, sessilis, *styli* 4, *fructibus* spinosis.

Habitat culta, & vulgaris Cantone Sinarum.

Hortus Cliffort. pag. 457. Matth. in Diosc. l. 2. c. 112, fig. ibi.

Uſus. Esculentus. Spinaciæ proximus est habitu, & sapore *Convolvulus Repens*, olus in Indiâ frequentissimum, flore diversum.

GENUS XVIII. ANTIDESMA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-phyllo. *Cor.* o. *Antheræ* bifidæ.

Fœm. *Cal.* 5-phyllo. *Cor.* o. *Stigmata* 5. *Bacca* cylindrica, 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 1216.

† Sp. 1. ANTIDESMA SCANDENS. § U chad lūm.

Differ. spec. Ant. *foliis* palmatis, ferratis: *caule* scandente.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, longus, scandens, ramosus, acirrhous, inermis. *Folia* palmata, ferrata, glabra, petiolata, sparsa. *Flos* *Masculus* calyce 5-phyllo: *corollæ* nullæ: *staminibus* 5, brevibus: antheris erectis, apice hiantibus. *Florem Fæmineum* non vidi. *Antidesmæ* adjudicavi tum ob Antheras hiantes, tum, quia *Genus* est Indianum, & flos *Masculus* apprimè convenit.

Habitat spontanea prope Cantonem Sinarum.

HEXANDRIA.

GENUS XIX. BORASSUS PALMA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* . . *Cor.* 3-partita. *Stam.* 6.

Fœm. *Cal.* . . *Cor.* 3-partita. *Styli* 3. *Drupa* 3-sperma.

Lin. sy. pl. G. 1336.

Sp. 1.

Sp. 1. BORASSUS FLABELLIFORMIS. γ Murume.

Differ. spec. Bor. *frondibus* palmatis, plicatis, cucullatis: *stipitibus* ferratis. Lin. sp. 1.

Hab., & notæ. *Palma magna*, altitudine Coco Nuciferæ æqualis, crassitie maior, basi, & apice turgida, medio caule æqualis, teres. *Frondes* flabelliformes, magnæ, in orbem radiatæ, ad centrum pli-
catae, ad peripheriam liberæ, sub-planæ: *foliolis* sub-acutis, su-
perioribus longioribus: *stipitibus* longis, crassis, excavatis, ad utrum-
que marginem dentato-spinosis. *Flos* Dioicus. *Spadix* utriusque sim-
plicissimus, teres, longus, squamis 1-floris. *Calyx* uterque 6-phyl-
lus, obtusissimus, imbricatus. *Corolla* utraque petala 3, obtusa,
concava. *Masculi Stamina* 6. *Fæminei Styli* 3. *Drupa* ovata, ma-
gna, Coco fere æqualis, sub-compressa, lævis, fusco-lutea, 3-co-
cca: *cortice* communi carnosò-fibroso, succulento, odoro, dulci,
eduli, crasso. *Nuces* 3, ovo anserino æquales, & similis formæ:
putamine osseo: medullâ albâ, sapidâ dum tenerâ: lymphâ purissi-
mâ cavitatem explente.

Habitat tam agrestis, quam culta in orâ Orientali Africæ, puto quod
nascatur etiam in sylvis Cochinchinæ, sed ibi mihi non obvia.

Ampana, & *Carimpana*. Rheed. Malab. p. I. pag. II. 13. tab. 9,
10. Lontarus Domestica. Rumph. Amb. I. 1. cap. 9. tab. 10. Palma
Indica Tal, & Talghala fructu carnosò, dulci, & eduli, putamine
incluso. Burm. Zeyl. pag. 181.

Uſus. Ex hac palmâ, præcisis junioribus spadicibus fæmineis, manat
liquor, ex quo ab Indianis fit vinum *sura* dictum, & faccharum
Jagara. Fructus tam medulla alba, quam cortex extimus flavescens
esculenti sunt, & sapidi quandiu non senescunt.

† Sp. 2. BORASSUS GOMUTUS. α Cay Drac.

Differ. spec. Bor. *frondibus* pinnatis, sub-inermibus: *foliolis* subula-
tis, oppositis: *spadice* longissimo, ramoso, pendulo.

Hab., & notæ. *Palma* altitudine mediocris, crassitie magna: *caule* re-
cto, æquali, scabro, hirsuto. *Frondes* longissimæ, pinnatæ: *stipi-
tibus* teretibus, crassis, sub-inermibus, longis: *foliolis* lanceolato-
linearibus, basi simpliciter plicatis, oppositis, distantibus, fusco-vi-
rentibus. *Flos* pallidus, Dioicus: *spadicibus* lateralibus, pendulis,
ramosis: *ramis* singulis 4 pedes longis, filiformibus: floribus, &
fructibus sessilibus. *Calyx* 6-phylus, obtusus, imbricatus. *Corolla* pe-
tala 3, sub-acuta, concava, patentia. *Stamina* multa. *Drupa* se-
quipollcaris, trigono-rotunda, lureo-fusca, glabra, continens 3 nu-
cles, compresso-ovatas, sub-angulatas, putamine ligneo, tenui: *nucleis*
ejusdem formæ, solidis, cartilagineis, albis, in juventute esculen-
tis, in senectute corneis. *Spatha* universalis, lanceolata, trivalvis.
Habi-

Habitat in sylvis Cochinchinæ.
Palma Indica vinaria, Saguerus, sive Gomutus. Rumph. Amb. I. 1.
cap. 12. tab. 13.

Usus. Superior hujus palmæ truncus, præcipue ad frondium insertio-
nem, emitit abundanter pilos longos, seu potius fila tenacissima,
nigra, rufaque, ex quibus torquentur rudentes, & funes navales,
longissimæ durationis, etiam ad sustinendas maiores anchoras, quam-
vis sub-aquâ, vel terrâ serventur. Ex spadice secto elicetur quoque
vinum, & saccharum. Medulla trunci præbet incolis alimentum si-
mile panis sagu. Teneri drupæ nuclei saccharo conditi ita sapidi
redduntur, ut in Cochinchinâ a primariis Magnatibus expetantur.
At drupæ cortex extimus succosus venenatam possidet qualitatem,
sique imprudenter tangatur, intolerabilem causat pruritum, dolo-
resque vehementes, ac diuturnos, nec facile amovendos.

† Sp. 3. BORASSUS CAUDATA. a Cay Duoi chuat.

Differ. spec. Bor. *frondibus* pinnatis, inermibus: *foliolis* cuneiformi-
bus, præmorsis.

Hab., & notæ. *Palma* tenuis, caule recto, 8-pedali, 8 lineas cras-
so, circulis nodosis approximatis. *Frondes* oblongæ, impari-pinna-
tæ: *stipitibus* inermibus: *foliolis* cuneiformibus: sub-plicatis, den-
ticulato-præmorsis, caudatis, apice difformibus, nunc rotundatis,
nunc obliquè truncatis, interdum lanceolatis, polylobis. *Flos* Dioic-
cus, spadice simplici, longo, erecto, laterali. *Masculi calyx* 3-
phyllus: *Fæminei* 6-phyllus, foliolis obtusis, imbricatis. *Corolla*
utriusque petala 3, ovata, incurva. *Filamenta* 15-30, brevia: *An-
theris* oblongis. *Stigma* sessile, magnum, 3-gonum. *Drupa* sub-
rotunda, semipollicaris, 3-sperma: nuculis ovatis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Observ. Pinanga Saxatilis, Oryzæ-formis (Rumph. Amb. I. 1. pag.
42. tab. 7.) nostræ satis conformis est caule, & frondibus. Sed
Authoris descriptio non est completa: in figurâ vero spadix est
ramosus, foliola sessilia, nec caudata, quibus a nostrâ differt.

† Sp. 4. BORASSUS TUNICATA. § Tarfulim.

Differ. spec. Bor. *frondibus* palmatis, plicatis, inermibus: *Druparum*
cortice multiplici.

Hab., & notæ. *Palma* altissima, caule recto, æquali, crasso. *Frondes*
in orbem palmatæ, magnæ: laciniis subulatis, plicatis: *stipi-
tibus* inermibus. *Drupa* sub-rotunda, magna, 3-sperma: cortice
communi crasso, succoso, lœvi, fusco-purpureo, multiplici, squa-
mis 8-10 interiores circumdantibus, facile separabilibus. *Nuces* 3,
ovatæ, putamine osse: medullâ albâ, esculentâ Coci Nuciferæ si-
mili.

Habitat

Habitat in India ad oras regnum Decan, & Guzerate.

Obs. Flores non vidi: sed ex relatu ocularium testium retuli.

G E N U S XX. L I M A C I A.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores* sub-terminales, congesti.

Cal. Perianthium 6-phylum, breve: foliolis acutis, alternis minoribus, omnibus in triangulum horizontaliter dispositis.

Cor. Petala 3, triangularia, sub-erecta, calyce longiora.

Nectarium 6-phylum, calyci æquale: foliolis sub-rotundis, concavis, carnosis.

Stam. Filamenta 6, brevissima, totidem foliolis neftarii insidentia, simul in triangulum ordinata. Antheræ biloculares, sub-rotundæ.

* *Fæminei flores* axillares, 2-nati, in distictâ plantâ.

Cal. ut Masculi.

Cor. Petala 6, sub-rotunda, curva, inæqualia.

Nectarium 6-phylum, calyci æqualc: foliolis turbinatis, conniventibus.

Pist. Germen sub-trigonum, superum. Stylus nullus. Stigmata 3, polyfida, patentia.

Peric. Drupa carnosa, sub-reniformis, 1-sperma.

Sem. Nux in helicem sulcata: nucleo simplici.

Nom. a formâ nucis limacis cochleæ similis.

Char. Gen. Masc. Cal. 6-phyllo. Cor. 3-petala.

Fœm. Cal. 6-phyllo. Cor. 6-petala. Stigm. 3. Drupa reniformis, cochleata.

† Sp. r. LIMACIA SCANDENS. a Cay Me^g à.

Differ. spec. Lim. foliis ovato-oblongis, acuminatis, integrerimis: caule scandente.

Hab. Caulis fruticosus, scandens, acirrus, longus, ramosissimus.

Folia ovato-oblonga, acuminata, integerrima, glabra, alterna. Flos uterque luteo-viridis. Drupa parva, glabra, acida, esculenta.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

† G E-

† GENUS XXI. PSELIUM.

Descriptio Naturalis.

- * *Masculi flores*: racemis brevibus, sub-divisis.
- Cal. Perianthium 6-phylum: foliolis acutis, concavis, patentibus.
- Cor. Petala 6, erecta, apice inflexa, calyce duplo longiora.
- Stam. Filamenta 6, calyci sub-aequalia. Antheræ didymæ.
- * *Fæminei flores*, in aliâ plantâ: umbellis compositis.
- Cal. Perianthium 4-phylum: foliolis ovatis, minimis, pilosissimis.
- Cor. Nulla.
- Pist. Germen sub-rotundum, superum. Stylus nullus. Stigma 4-fidum; laciniis acutis, erectis.
- Per. Drupa compresso-rotunda, parvula, 1-sperma.
- Sem. Nux orbiculata, pertusa, armillæformis, scabra.
- Nom. (*Ψελιον* armilla) ob nucem armillarem.
- Char. Gen. Masc. Cal. 6-phillus. Cor. 6-petala.
Fœm. Cal. 4-phillus. Cor. o. Stigma 4-fidum. Drupa
nuce armillari.

† Sp. i. PSELIUM HETEROPHYLLUM. a Dei Moi.

Differ. spec. Psel. foliis Masc. sub-cordatis, obtusis: Fœm. ovatis, acuminatis, peltatis.

Hab. Caulis fruticosus, volubilis, longus, tenuis, ramosus. *Folia* plantæ masculinæ sub-cordata, sub-rotunda, integerrima, glabra, alterna, petiolis tenuibus: *folia* plantæ Fœmininæ peltata, ovata, acuminata, integerrima, alterna. *Flos* utriusque axillaris. Nuculæ non diameter 3-linearis. Fœminæ umbellæ partiales pedunculis brevifissimis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Observ. Non recordor vidisse alibi plantam Dioicam heterophyllum. At si in eodemmet individuo hermaphroditto diversa folia inveniuntur aliquando, quid mirum si occurant in Dioicis?

GENUS XXII. SMILA.

- Char. Gen. Masc. Cal. 6-phillus. Cor. o.
Fœm. Cal. 6-phillus. Cor. o. Styli 3. Baccæ 3-locularis.
Sem. 2. Lin. sy. pl. G. 1225.

† Sp. 1. SMILAX PERFOLIATA. α Kim kang mo: Ti gai.

Differ. spec. Smil. *caule* aculeato, angulato: *foliis* acutis, 5-nerviis: *stipulis* cordatis, perfoliatis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, angulatus, longus, ramosus, scandens, cirrhis binatis, longis, axillaribus: *aculeis* multis, brevibus, sparsis. *Folia* caulina sub-cordata, ramea ovata, omnia acumine reflexo, 5-nervia, venosa, glabra, alterna, petiolata, magna, inermia: *stipulis* solitaris, cordatis, perfoliatis. *Flos* Dioicus, umbellis axillaribus. *Stamina* 6. *Stigmata* 3, reflexa, sub-fessilia. *Bacca* parva, globosa, rubra, 3-locularis, 1-sperma. *Radix* tuber magnum, sub-rotundum, nodosum, exterius fuscum, intus pallidum: radiculis multis, simplicibus, rectis, longissimis, horizontalibus. Habitat in collibus silvaticis Cochinchinæ.

Observ. Affinis videtur Pseudochinæ Amboinen sis, nigrae (Rumph. Amb. l. 9. c. 61. pag. 439.) quæ a Linnæo aestimatur Smilax Zeylonica (sp. 3.). Nostra imprimis differt stipulis perfoliatis, & foliis 5 nerviis.

Virtus. Eadem creditur habere, ac Sarsaparrilla, Mundificantem scit, ac Diaphoreticam: nec formâ ab hac magis differt, quam a Zeylonica.

Sp. 2. SMILAX CHINA. α Cây Khúc khác: Thủ phục linh. β Thủ fū lin. Differ. spec. Smil. *caule* aculeato, teretiusculo: *foliis* inermibus, ova-to-cordatis, quinque nerviis. Lin. sp. 5.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, teres, ramosus, scandens, cirrhis binatis: *aculeis* rarissimis, sparsis. *Folia* inermia, ovata, acuta, 3-nervia, glabra, alterna, petiolata, raro cordata, aut retusa: *stipulis* nullis. *Flos* Dioicus, apetalus, hexander, umbellis parvis, axillaribus. *Bacca* minuta, rotunda, rubra, 3-locularis, 1-sperma. *Radix* horizontalis, longissima serpens: tuberibus oblongis, nodoso-verrucosis, interdum ramosis, intus pallidis, vel rubescientibus, semipedalibus, sub-teretibus, sparsis.

Habitat in collibus silvaticis Cochinchinæ, & Chinæ.

Thunb. Jap. pag. 152. Fruticulus convolvaceus, spinosus, Sinicus, floribus parvis umbellatis. Pluken. Amalt. pag. 101. tab. 408. fig. 1.

Virtus: radicis tuberosæ. Mundificans, Diuretica, Diaphoretica. Valer in quibuscumque doloribus vagis, venereis, aut rheumaticis.

Sp. 3. SMILAX CADUCA. α Cây Sam comp.

Differ. spec. Smil. *Caule* aculeato, tereti: *foliis* inermibus, ovatis, trinerviis. Lin. sp. 9.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, teres, ad basim aculeatissimus, scandens,

scandens, cirrhis binatis, procedentibus ex petiolis. *Folia* inermia, omnia lato-ovata, retusa, 3-nervia, glabra, alterna: *stipulis* nullis. *Flos* Dioicus, apetalus, hexander, trigynus: *umbellis* parvis lateralibus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Mill. dict. n. 6. *Smilax aspera*, seu *spinosa*, *latifolia*, *retusa*, *folio peripheriâ leni*. Tourn. Inst. pag. 654. n. 3.

Sp. 4. SMILAX LANCEOLATA. α Cây Chaóng chaóng.

Differ. spec. Smil. *Caule* inermi: *foliis* inermibus, lanceolatis. Lin. sp. 12.

Hab., & notæ. *Caulis* herbaceus, inermis, teres, brevis, ramosissimus, scandens, cirrhosus. *Folia* lanceolata, integerrima, inermia, glabra, 3-nervia, alterna. *Flos* Dioicus, apetalus, hexander, lateralis. *Radix* filiformis, longa, non tuberosa.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

Hort. Cliff. pag. 459. Burm. Ind. pag. 213.

Sp. 5. SMILAX PSEUDOCHINA. α Kim kang re.

Differ. spec. Smil. *caule* inermi, tereti: *foliis* inermibus, caulinis cordatis, rameis ovato-oblongis, 5-nerviis. Lin. sp. 13.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, longissimus, teres, tenuis, inermis, ramis paucis, scandentibus. *Folia* inermia, parva, inferiora cordata, superiora ovato-lanceolata, 3-nervia, integerrima, plana, margine reflexo. *Flos* Dioicus, hexander, apetalus, *umbellis* lateralibus. *Bacca* 3-locularis, sub-globosa, rubra. *Radix* horizontalis simplex, crassa, brevis, tuberculosa, radiculis multis, longis, indivisis.

Habitat in montibus Cochinchinæ.

Thunb. Jap. pag. 152. *China spuria*, nodosa, Bauh. Pin. pag. 297. n. 3.
Usus. *Caulis* vimineus infervit ad texendas corbes, & similia.

GENUS XXIII. DIOSCOREA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o.

Fœm. *Cal.* 6-partitus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Caps.* 3-locularis, compressa. *Sem.* 2, membranacea. Lin. sy. pl. G. 1227.

Sp. 1. DIOSCOREA ALATA. α Khoai tía. β Yú thâu.

Differ. spec. *Diosc. foliis* cordatis: *caule* alato, bulbifero Lin. sp. 4.

Hab., & notæ. *Caulis* suffruticosus, volubilis, multiplex, ramosus, quadragonous, angulis membranaceis prominentibus: axillis bulbiferis. *Folia* sagittato-cordata, sub-quinquenervia, acuminata, integrer-

Kkkk ii

gerrima , glabra , opposita , petiolis longis. *Flos* Dioicus , apetalus , racemis brevibus , sub-terminalibus. *Calyx* 6-partitus , patens. *Stamina* 6. *Capsula* triangularis , 3-locularis , 2-sperma. *Radix* bulbosa , magna , informis , plerumque lób-ovata , sápè oblonga , vel sub-ro-tunda , cavernosa , tuberculosa , aliquando bi , vel polyfida : cortice fusco , crasso , scabro , radiculis paucis circumdato : interius fa-rinulenta , insípida , pallida , in aliis rubra , vel purpurea , aut vio-lacea.

Habitat culta im Cochinchinâ , & Chinâ , in multisque Indiæ locis. Ubium Vulgare , & Ubium Digitatum. Rumph. Amb. l. 7. cap. 7 , 8. tab. 120 , 121. Katsjil kelengu. Rheed. Malab. 7. pag. 71. tab. 38. Rhizophora Indica , sive Inhame rubra , caule alato , Scamonii foliis nervosis conjugatis. Burm. Zeyl. pag. 206.

Usus. Radix ista bulbosa , salubris , & nutriendis est vulgaris cibus in Indiâ tam indigenis , quam Europæis : his præcipue utilissimus in longis navigationibus ; facilè enim servatur in multos menses hoc ve-getable incocorruptum , & recens.

Observ. Quamvis hæc radix frequenter mutet varias formas , & co-lores , eadem tamen species censenda est. Quæ a Rumphio dicitur Ubium Digitatum , quia in varios lobos finditur , in Cochinchinâ vocatur *Khoai tien*. Non raro alæ caulinæ , & bulbi axillares eva-nescunt , prout videre est in figurâ Ubii Vulgaris Rumphiani , quam-vis ipse Rumphius asserat Caulem plerumque quadragonum , ejus que latera quatuor acuta videri , ac si alata essent.

Sp. 2. DIOSCOREA OPPOSITIFOLIA. & Khoai mài : Son duoc. & Xân yò.

Differ. spec. *Diosc. foliis* oppositis , ovatis , acuminatis : *caule* lævi. Lin. sp. 8.

Hab. , & notæ. *Caulis* fruticosus , sub-quadragonus , volubilis , mul-tiplex , longus , tenuis , ramosus : axillis sæpe bulbiferis. *Folia* cor-data , acuminata , polynervia , glabra , opposita , petiolata. *Flos* Dioicus , racemis tenuibus , lateralibus. *Capsula* triangularis , 3-val-vis , 3-locularis , 2-sperma , seminibus orbiculatis. *Radix* bulbus lon-gus , mediocris , congestus , interdum multifidus , sinuosus , cortice tenui , lutescente , radiculis brevibus : intus albissima , compacta , succosa , lactescens , insípida.

Habitat in sylvis Cochinchinæ , & Chinæ , amatque loca argillacea , & petrosa.

Burm. Ind. pag. 215. Ubium Anguinum. Rumph. Amb. l. 7. c. 9. tab. 122. An *Dioscorea Japonica* ? Thunb. Jap. pag. 151.

Usus. *Dioscoreæ* hujus bulbi præ cæteris a Cochinchinenibus æstimantur , saccharoque conditi laitis mensis apponuntur. In re Medicâ cre-

creduntur prodesse contra phthisim, & alias morbos pulmonum.

† Sp. 3. DIOSCOREA EBURINA. a Khoai ngà.

Differ. spec. Diosc. *foliis cordatis*, 7-nerviis, alternis : *floribus hermaphroditis*, *racemis simplicibus*, longis.

Hab., & notæ. *Caulis fruticosus*, inermis, longus, volubilis : ramis, & petiolis quadragonis. *Folia* cordata, acuminata, 7-nervia, glabra, alterna. *Flos* hermaphroditus, lateralis, racemis simplicibus, longis. *Calyx* 3-phyllo, foliolis ovatis, erectis. *Corolla* petala 3, ovata, carnosæ, lutea, concava, calyci sub-æqualia. *Filamenta* sub-nulla. *Antheræ* 6, sub-rotundæ, biloculares, minimæ. *Germen* inferum, oblongum, triquetrum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, oblonga, reflexa. *Capsula* oblongo-ovalis, 3-gona, angulis profundè intrantibus, 3-locularis, 3-valvis, polysperma. *Semina* ovata, pauca. *Radix* verticalis, bulbus 1, vel duo, 3-pedales, teretes, æquales, sub-acuti, sub-curvi, formâ, & albedine dentibus eburinis elephantum similes : inde nomen vernaculum.

Habitat agrestis, cultaque in Cochinchinâ.

Usus : esculentus. Dubito an sit eadem, quam Burm. vocat Cylindricam. Ind. pag. 215. Kappa Kelengu. Reed. Malab. 7. pag. 95. tab. 50.

† Sp. 4. DIOSCOREA CIRRHOSA. a Khoai leng.

Differ. spec. Diosc. *foliis ovato-lanceolatis*, 3-nerviis : *floribus hermaphroditis*, triandris : *caule cirrho*.

Hab., & notæ. *Caulis fruticosus*, longus, tenuis, teres, cirrhis scandens. *Folia* ovato-lanceolata, integrerima, 3-nervia, glabra, opposita, petiolata. *Flos* hermaphroditus, minimus, axillaris, pedunculis 3-floris. *Calyx* 6-phyllo, superus : *foliolis* ovatis, crassis, curvis, sub-clausis, persistentibus : bino ordine, interiori minore. *Corolla* nulla. *Filamenta* nulla. *Antheræ* 3, oblongæ, erectæ. *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, acuta, reflexa. *Capsula* trigono-ovata, angulis acutis, 3-locularis, 3-valvis, 2-sperma. *Semina* orbiculata, membranâ tenui arillata. *Radix* bulbus mediocris, irregularis.

Habitat in sylvis Cochinchinæ.

Observ. Capsula est omnino propria Dioscoreæ : non ita plerique aliæ notæ.

Sp. 5. DIOSCOREA ACULEATA. a Khoai lo.

Differ. spec. Diosc. *foliis cordatis* : *caule aculeato*, bulbifero. Lin. sp. 3.

Hab., & notæ. *Caulis suffruticosus*, volubilis, teres, tenuis, ramosissimus : aculeis multis rectis, brevibus, sparsis. *Folia* ovata, 5-nervia,

via, glabra, alterna, petiolis longis tenuibus. *Flos* Dioicus, racemis spicatis, longis, lateralibus. *Calyx* 3-6-phylloides: foliolis acutis, brevissimis, inaequalibus, patentibus. *Corolla* petala 6, ovata, concava, sub-clausa, purpureo-fusca. *Filamenta* 6, subulata, corollæ æqualia. *Antheræ* sub-rotundæ. *Germen* triquetrum, inferum. *Capsula* 3-angularis, 3-loclaris, 3-valvis, 2-sperma. *Radix* bulbus oblongus, esculentus, intus albus, extra pallidè luteus, septus radiculis brevibus.

Habitat agrestis in Cochinchinâ.

Burm. Ind. pag. 214. Combilium. Rumph. Amb. I. 9. c. 13. tab. 126.

† *GENUS XXIV. FIBRAUREA.*

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores.*

Cal. nullus.

Cor. Petala 6, sub-rotunda, patentia, minima.

Stam. Filamenta sub-nulla. Antheræ 6, biloculares, oblongæ.

* *Fæminei flores* in aliâ plantâ.

Cal. nullus.

Cor. Petala 6, sub-rotunda, concava, patentia.

Pist. Germen superum, ovatum, triplex, ad centrum invicem connexum, angulatum. *Stylus.* nullus. *Stigmata* 3, bifida.

Peric. Baccæ 3, ovatae, sub-comprellæ, læves, 1-spermæ.

Sem. 1, ovatum, rugosum.

Nom. a fibris lignosis aureis, ex quibus caulis plantæ componitur.

Char. Gen. Masc. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala.

Fœm. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala. *Stigmata* 3. *Baccæ* 3, monospermæ.

† Sp. r. *FIBRAUREA TINCTORIA.* α Cây Vàng đắng. β Tiên sên tàn.

Differ. spec. *Fibr. foliis* ovatis, integerrimis, alternis: *racemis* lateralibus.

Hab. *Caulis* fruticosus, scandens, acirrus, ramosus, lignosus, longus, brachium crassus: constans ex fibris magnis, lentis, coloris aurei, in circulos concentricos ordinatis, foraminulis interpositis.

Folia basi ovata, apice acuta, integerrima, glabra, inaequaliter nervosa, venosa, alterna: petiolis longis, teretibus, basi turgidis.

Flos albus, minimus, racemis oblongis, lateralibus. *Bacca* parva, lutea, non edulis. Sapor plantæ amarus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ, & Chinæ.

Tuba

Tuba flava : Daun bulan. Rumph. Amb. l. 7. c. 20. tab. 24. Abuta Rufescens, & Abuta Amara. Aublet. Guian. pag. 618, & 620. tab. 250, 251. Hæ plantæ, quamvis a nostrâ aliquantulum foliis different, nec earum notæ integrè exponantur, suspicor, quod specie non differant.

Virtus radicis, & inferioris caulis. Resolvens, Deobstruens, Diuretica.

Uſus. Ex caulis contusis coctione extrahitur color flavus, non admodum vividus, sed persistens, qui fundamentum sternit Curcumæ, & Carthamo, pulchrioribus quidem, minimè verò permanentibus.

OCTANDRIA.

GENUS XXV. RHODIOLA.

Char. Gen. Masc. Cal. 4-partitus. Cor. 4-petala.

Fœm. Cal. 4-partitus. Cor. o. Nectaria 4. Pist. 4. Caps. 4, polyspermæ. Lin. sy. pl. G. 1229.

† Sp. 1. RHODIOLA BITERNATA. . . .

Differ. spec. Rhod. foliis biternatis, incisis: caule volubili.

Hab., & notæ. Caulis herbaceus, volubilis, teres, tenuis, sulcatus, ramulos. Folia biternata, foliolis lanceolatis, incisis, tomentosis. Flos albus, axillaris, Dioicus: Masculus sub-umbellatus, pedunculo communi longo: stipulis binis oppositis, corniformibus. Calyx profundè 4-partitus, laciniis binis oppositis duplo maioribus, omnibus acutis. Corolla petala 4, turbinata, æqualia, patentia. Nectaria 4 erecta, quorum 2 breviora, conjuncta, exorica. Filamenta 8, subulata, pilosa, inæqualia, erecta, corollâ longiora. Antheræ ovatæ, incumbentes. Florem Fœmineum non inventi, nec vernaculum nomen audivi, licet quæstum.

Habitat in hortis minus cultis Cochinchinæ, non frequens.

ENNEANDRIA.

GENUS XXVI. MERCURIALIS.

Char. Gen. Masc. Cal. 3-partitus. Cor. o. Stam. 9, five 12. Antheræ globosæ, didymæ.

Fœm. Cal. 3-partitus. Cor. o. Styli 2. Caps. dicocca, 2-locularis, 1-sperma. Lin. sy. pl. G. 1230.

† Sp. 1.

Sp. I. MERCURIALIS INDICA. & Rau mai: Lyc mai.

Differ. spec. Merc. *caule* fruticoso, ramoso: *foliis* lanceolatis, laxe
vibus: *floribus* 3-gynis.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, rectus, 6-pedalis: ramis teretibus,
ascendentibus. *Folia* lanceolata, serrata, glabra, nitida, alterna.

Flos Dioicus, apetalus. *Masculi Calyx* 3-partitus. *Staminum* numerus
inconstans, saepe 15 circiter: *Antheris* bilocularibus, sub-rotundis:
in aliquibus, servato eodem habitu, stamina 50 fere numerantur. *Fæminei Calyx* idem, *corolla* nulla. *Stigmata* 3. *Capsula*
supera, 3-loba, 3-locularis, 1-sperma. *Flos* lateralis.

Habitat tam culta, quam spontanea in Cochinchinâ.

Virtus. Folia recentia in juscule cocta leniter purgant, absque ullo
symptomate præcavendo.

DECANDRIA.

GENUS. XXVII. CARICA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* sub-nullus. *Cor.* 5-fida, infundibuliformis. *Filam.* in tubo corollæ: alterna breviora.

Fœm. *Cal.* 5-dentatus. *Cor* 5-petala. *Stigmata* 5. *Bacca*
1-locularis, polysperma. Lin. sy. pl. G. 1232.

Sp. I. CARICA PAPAYA. & Cay Du du. Mán xèu cò.

Differ. spec. Car. *foliorum* lobis sinuatis. Lin. sp. in. 1100

Habitus, & notæ. Arbor 15-20 pedes alta: *caule* recto, plerumque
simplicissimo, raro ramoso, 6 pollices in diametro crasso: *cortex*
fibroso, cinereo, intus molliusculo, succoso, albo. *Folia* ad ver-

toiticem *caulis*, magna, 5-9-partita, lobis inæqualibus, sinuato-in-
cisæ, apice acutis: *petiolis* longissimis, rectis, crassis, inanibus, inor-
dinatè circa caulem dispositis. *Flos* Dioicus, albus: *Masculus ca-*
lyce 5-fido minimo: *corolla* infundibuliformi 5-fidâ, laciinis ova-
to-oblongis, reflexis: *staminibus* 10, tubo corollæ insertis: *race-*
mis compositis, lateralibus, reclinati. *Fæmineus* flos pedunculis
axillaribus, 2-3-floris: *calyce* 5-fido: *corolla* campanulata, 5-partitâ,
laciinis sub-obtusis, reflexis: *stigmatibus* 5, sessilibus, laciiniatis,
patentibus. *Bacca* ovalis, semipedalis, multisulcata, intus, & ex-
tra rubo-lutea, 1-locularis, polysperma. *Semina* sub-rotunda, fusca,
Piperis æqualia, plurima.

Habitat culta, & a me observata in Cochinchinâ, in Chinâ, & in
Africâ.

Papaya Mas, & Femina. Rumph. Amb. I. I. cap. 44. tab. 50. Burm.
Zeyl.

Zeyl. pag. 184. Arbor Melonifera, Papayo dicta. Bont. Jav. 1. 6.
cap. 6. pag. 96. fig. ibi.
Uſus. Fructus hic Meloni aliquatenus ſimilis, ſi perfecte matureſcat,
dulcissimus eſt, ac refrigerans, nec inſalubris, quamvis odore mi-
nus gratus. Eo utuntur quoque immaturo, & condito.

DODECANDRIA.

GENUS XXVIII. EUCLEA.

Char. Gen. Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 15.
Fœm. *Cal.* & *Cor.* Maris. *Germen* ſuperuni. *Style* 22.
Bacra 2-locularis. Lin. Sy. pl. G. 1236.

† Sp. 1. EUCLEA PILOSA. a Cay Nhac.
Differ. spec. Eucl. *caule* arboreo: *foliis* ovato-lanceolatis, tomentosis:
floribus pilosis, racemosis.

Hab., & notæ. *Arbor* magna, ramis ascendentibus. *Folia* ovato-
lanceolata, integerima, ſubtus tomentosa, alterna, petiolis brevi-
bus. *Flos* Dioicus, rubro-fuscus, racemis terminalibus. *Masculi*
Calyx 5-partitus, laciniis turbinato-ovatis, utrinque pilosis. *Corolla*
5-partita, tubo brevi: laciniis limbi ovato-oblongis, crassis,
pilosis, patentibus, calyce ſub-longioribus. *Filamenta* 15, brevia:
Antheris oblongis, ſtantibus.

Habitat in altis fylvis Cochinchinæ. Usus. Arboris lignum ædificiis aptum.

† Sp. 2. EUCLEA HERBACEA. a Xe lin tsu.
Differ. spec. Eucl. *Caule* herbaceo: *floribus* lateralibus.
Hab., & notæ. *Caulis* i-pedalis, herbaceus, erectus, ramosus. *Flos*
Dioicus, albus, lateralis. *Calyx* 5-phyllo: foliolis binis oppofitis
minoribus. *Corolla* petala 5, emarginata. *Stamina* 15. *Piftillum*
nullum.

Habitat in culta prope Cantonem Sinarum.

Obſerv. Utriusque præcedentis plantæ flores Mâſculos examinavi re-
gentes, Fœmineos non inveni: unde cognovi ad Dioeciam Dode-
candriam pertinere. Non obſervato piftillo, non potui plenam cer-
titudinem de Genere habere. Eucleæ adhærere jussi, donec, com-
pleto charactere, vel penitus uniantur, vel in proprium locum re-
cedant.

POLYANDRIA.

GENUS XXIX. ABUTUA.

Descriptio Naturalis.

* *Masculi flores*: Amentis lateralibus, congestis.

Cal. Hemisphaericus, truncatus, carnosus, vaginans amentum filiforme, nudum, interruptum. Perianthium aliud nullum.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta 20 circiter, turbinata, brevia, receptaculo inhærentia, ad calycis marginem declinata. Antheræ totidem, biloculares, oblongæ, apice bifidæ, stantes.

* *Fæminei flores* in aliâ plantâ: Amentis similibus.

Cal. ut Masculi.

Cor. nulla.

Pist. Germina 6-8, ovato-oblonga, obliquè ad marginem Calycis declinata.

Stylus nullus. Stigmata solitaria, acuta, polyfida.

Peric. Baccæ 6-8, oblongo-ovata, coriaceæ, laevæ, 1-spermæ, sessiles.

Sem. sub-ovata, sub-acuta: cortice tenui, flexili, striato.

Nom. Vulgare Abutua, puto, quod derivetur a regno Abutuā (aliis Botua) in Africâ, olim Monomotapæ tributario, ubi hæc planta abundè nascitur, & usui Medico infervit.

Observ. Gnetum Linnæi (Mantiss. pag. 18. Gen. 1278) quod est Gneomon Domestica Rumphii, (Amb. l. i. cap. 61. tab. 71, 72.) valde simile habitu appetet Abutuæ nostræ: differt tamen fructu drupaceo, nuce striata, squamâ calycinâ ovatâ, & in fœminâ lacerâ, filamento unico antheris geminis: quæ omnia in Abutuā desiderantur. Hanc repetitis observationibus invenerimus semper Dioicam, Polyandram, & Polygynam. Licet enim, quæ dicimus calycem, aliquis dicat squamam vaginantem amentum, staminaque, ac germina ibi congesta diversos esse flores, nos hoc concedere non possumus, cum nullam invenerimus notam partiale calycis, receptaculi, aut pedicelli proprii, per quæ distinguantur ab invicem tam stamina, quam pistilla singula, ut in singulos flores exurgant.

Char. Gener. Masc. Cal. vaginans Amentum. Cor. o. Stam. 20.

Fœm. Cal. ut in Mare. Cor. o. Pist. 6-8. Baccæ totidem, exsuccæ, 1-spermæ.

† Sp. 1. ABUTUA INDICA. a Cay Sot: Cay Gäm.

Differ. spec. Abut. foliis simplicibus, oppositis: caule fruticoso, scandente. Hab.

Hab. *Caulis* fruticosus, scandens, acirrhos, inermis, *crus* crassus & *ramis* longis, geniculatis, levibus. *Folia* ovato-lanceolata, sub-acuminata, integerrima, fusco-virentia, nitida, opposita, petiolis brevibus. *Flos* amentis lateralibus, semipedalibus, nudis, polynatis. *Baccæ* glandiformes, semipollulares, fusco-luteæ, glabrae, edules. *Caulis* valde similis Fibraureæ supra descriptæ Genere 24: similiiter constans ex fibris crassis, lignosis, lenticis, in circulos concentricos dispositis. Color interior rubro-fuscus, in aliis pallidus. Sapor vix ullus. Odor nullus.

Habitat in sylvis Cochinchinæ, & in aliis Indiæ locis.

Gnemon funicularis. Rumph. Amb. I. 7. cap. 8. tab. 8.

Virt.: radicis, & inferioris caulis. Resolvens, Deobstruens, Antifebrilis. Apostemata, & inflammationes tam internas, quam externas resolvit: febres intermittentes diurnas saepe extinguit: obstructions viscerum referat. Cum primum sumitur in decocto, vel pulvere, calor in ventriculo sentitur non molestus. Nulla evacuatione sensibili notatur.

Observ. Varia genera plantarum flore admodum diversa, caule, & virtute Medicâ propinqua ab aliis confunduntur nomine *Parreira brava*, quod lingua Lusitanâ vitæ sylvæstrem sonat. Horum unum est Abutua, de qua loquimur: alterum Cissampelos Linnæi, vel ejus affine Botria, quod antea in classe Pentandriâ descripsimus. Abutua ineptè dicitur *Parreira*, cum ejus folia, flores & fructus nullam habeant cum vite similitudinem. At Cissampelos Linnæi, & potiori jure Botria nostra caule, cirrhis, foliis, flore, fructu, & præsertim numero staminum ad vitæm accedunt. Hæc, quam in Africâ observavimus, nomine *Parreira brava* a Lusitanis ibi commorantibus agnoscitur: illa vero Abutua tam ibi quam alibi ab eisdem nominatur. Abuta Ruffescens, & Abuta Amara Aubleti (Guian. pag. 618, 620. tab. 250, 251.) quamvis nomine, & caule proximæ, ad aliud genus pertinent, dictum Fibrauream, a nobis Genere 24 hujuscce Classis Dioeciae descriptam.

† Sp. 2. ABUTUA AFRICANA.

Differ. spec. Abut. foliis ternatis: caule scandente, fruticoso.

Hab., & notæ. *Caulis* fruticosus, crassus, ramosus, inermis, scandens, acirrhos: constans fibris lignosis in circulos concentricos ordinatis, coloris pallidè-lutei, in aliis rufescens. *Folia* 3-nata, basi ovata, apice acuta, integerrima, glabra, fusco-viridia, nitida, parva, petiolata. Non florebat eo tempore, quo eam vidi.

Habitat agrestis in orâ Orientali Africæ.

Virtus. Eadem, quæ præcedentis.